

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive  
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios  
Corps.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

**Chamier, Daniel**

**Frankfurt, 1627**

Liber decimussextus, De antichristo

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

LIBER DECIMVSSEXTVS,

*De*

# ANTICHRISTO.

## Caput Primum.

DE STATV QVÆSTIONIS.

**S**VPEREST controuersia de Antichristo. Appendix Oecumenici. De qua sic conceptus in Synodo Vapincensi est articul.31. Confessionis Ecclesiarum in Gallia reformatarum, Cum Episcopus Romanus, erecta sibi in orbe Christiano Monarchia dominationem usurper in omnes Ecclesiás, ac Pastores, in tantam erexit superbiā, ut Deum se dicat, velitque adorari, omnemque tribus sibi potestatem in celo & in terra: res Ecclesiasticas omnes disponat, articulos fidei definit, Scripturarum autoritatem, atque interpretationem a se esse dicat: animarum mercaturam exerceat: vota, iuramentaq; dispenset: nouos Dei cultus instituat. Tum in ciuilibus, legitimam magistratum autoritatem peribus subigat, datis, ablatis, translatis imperiis: Credimus, atque asserimus esse verum illum, ac germanum Antichristum, perditionis filium, prænunciatum in Verbo Dei: merecimur purpuratam insidentem septem montibus in magna ciuitate, quæ regnum obineba in reges terra. Exspectamusque dum Dominus, prout promisit, ac iam caput, confiencium spiritu ori sui, tandem illustri aduentu suo ab-

II. Et disputarunt Danæus de Antichristo. Witakerus ad demonstratio-  
nem Sanderi: & de Papa Romano, quæst. 5. Franciscus Junius contra Bellar-  
mini tertium de Pontifice. Gabiel Pouelus Britannus disputationibus de  
Antichristo, & eius Ecclesia Daniel Tilenus in Academia Sedanensi The-  
ologæ professor in Analysis Exegetica articuli Confessionis Gallicæ iam reci-  
tati. Philippus Mornæus, c. 9. de Ecclesia. Georgius Pacardus in Descriptio-  
ne Antichristi. Nicolaus Vignierus in Theatro Antichristi. Riuetus tract. 2.  
quæst. 5. Summæ Controversiarum. Alij etiam plurimi commentariis in E-  
pistolam secundam ad Thessalonicenses & Apocalypsin.

III. Verum quicquid est Papistarum contrà pugnat, tanquam pro aris, & focis. Ex iis, istos habuimus. Alios ex professio. Bellarminum libro 3. de Pontifice. Sanderum de visibili Monarchia libr. 8. Stapletonum in Rele-  
ctione Controversiæ 3. quæst. Gasparem Scioppum Epistola ad illustrissi-  
mum quandam Germaniæ Principem. Cotonum de Missa tractatu 6 §. 9  
Siluestrum Vallensem Capuccinum libro de Iustis magnitudinibus Eccle-  
siarum Romanarum. Andream Eudæmono-Ioannem contra Robertum Abba-  
tum. Ieremiam Ferrarium. Gregorium de Valentia Commentariorum  
Theologicorum parte 4. disput. 10. quæst. 2. punct. 2. Iosephum à Costa 2.  
de nouissimis temporibus. Vidi, & obiter Florinundi Raimondi Antichri-  
christum, librum, ita me oportes ament boni, insicetum, ineptum, indignum,  
quem vix quisquam legat sensatus: adeò siue Richeomus (ut creditur) siue  
quantum sit Iesuitarum Burdigalensem de eius hominis imperitissimi fa-  
ma, tanquam eorio, luseruat, supposito frustra partutienti hoc monstro. A-  
lios obiter, Ioannem Arboreum Thcosophiæ libro 1. cap. 34. Bozium de  
Signis Ecclesiæ libro 2 4. cap. 9. Feuardentium in Irenæum libro 5. cap. 25. &  
30. Iodocum Lorichitum in Fortalitio fidei. Salmeronem disput. 2. & 3. in  
postera. Thessalonicenses.

IV. Plusquam disputo, vocis homonymia discutienda est. Antichristum ipsa nominis originatione significari aliquem Christo oppositum sciunt vel pueri. Sed nominatur tamen alias generaliter, alias propriè. Nonnunquam enim tribuitur cuilibet Christum oppugnanti. Sic prima Ioannis secundo, *Etiam nunc Antichristi multi cœperunt esse.* Et in secunda, *Multimi impostores ingressi sunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in mundum: Qui est eis modi, impostor est, & Antichristus.* Oecumenius Corinthum, & reliquias intelligi notat. Astalias magis proprie usurpat pro insigni quodam, & inter omnes Antichristos, insigniter notabili Antichristo: quique omnibus aliis magis sit Antichristus. Quemadmodum Imperatoris nomen apud Romanos omnes olim significabat, qui exercitum suis auspiciis duxerant: postea tamen coercitum est, ut eos solos designaret, penes quos erat Reipublica maiestas. Itaque dicitur non *'Ant<sup>χρι</sup>stus'* indefinitely sed determinatè, *'Ant<sup>χρι</sup>stus.'* Primæ Ioannis 2. *exponere enī 'Ant<sup>χρι</sup>stus'* ipsoz  
*Audistis quodd ille Antichristus veniet.*

V. Huius Antichristi, sic propriè dicti aduentum, προφῆτας, Ecclesiæ prædictum, consentimus ut iisque, tum à Paulo posterioris ad Thessalonenses 2. paucis, iisque ἐμφανεστάτοις verbis. A Ioanne in Apocalypsi, sub specie modò meretricis, modò bestia Imò, & à Daniele iam olim ante Christum: sed sub typo: nam propriè, & primò prophetasse de Antiocho Epiphane certum habetur, cuius in Ecclesiam Iudaicam tyrannidi, Antichristi grassatio in Ecclesiam Christianam sit οὐδέποτε.

V. I. Atque ex iis Scripturæ locis eruendæ noræ sunt, è quibus Antichristum cognoscamus. Sic tamen ut sciamus ex iis notis signillatim nihil concludi, sed tantum ex omnibus confertim: adhibita tamen distinctione. Sunt enim noræ quædam, quæ præcedunt, alia quæ sequuntur. Quæ præcedunt, eas intelligo, quæ primæ erunt in eo iniquitatibus mysterio, ut tempus aduentus, locus vobis debet, tum quæcumque ad personam, vel eius effecta pertinent. Atque has necesse est inueniri in eo, quem designabimus pro Antichristo. Quæ sequuntur vero, ex sunt, quæ ad finem eius, potestatisque interitum pertinent. Atque has nihil necesse est. Nam secus, necesse esset

nunquam cognosci Antichristum, nisi post interitum, id est, post ultimum  
mundi diem. Quod est absurdissimum.

VII. Itaque unum est Catholicorum in hac controuersia argumentum: cuius tamen plurimæ particulæ. Nempe. Quicunque homo omnes capit notas Antichristi, quas Scriptura delineavit, is est Antichristus. At Episcopus ille Oecumenicus, quem appellant, capit eas omnes notas. Ergo Episcopus ille Oecumenicus est Antichristus. In maiore consensus est. At in minore controuersia. Itaque probanda, Primus labor esto, de Tempore, ac loco. Tum de persona, & effectis.

C A P. II.

*An Romanum imperium desierit.*

I. Prima quæstio, vtrum iam venerit Antichristus. Nondum venisse contendunt Papistæ. Nam Scioppius venturum confidenter asserit, tantum mille trecentis triginta quinque diebus ante postremum Christi aduentum: ut postea videbimus. At Catholici docent iam pridem claram esse tempus illud, quod Scriptura designauit, tum cum predixit aduentum Antichristi. Itaque nihil ultra expectandum, quominus Antichristum renisse asseramus.

II. Secundo poster.ad Thessalonicenses, ita Paulus, *Nunc verò quid ob-  
stet nos tis, ut in suo tempore retegatur. Iam enim peragitur mysterium iniqui-  
tatis: tantum quin nunc obstat, obstat, usq; dum è medio sublatu s fuerit;* Et tunc  
retegetur impius ille. Quibus verbis significatur tum fore tempus reuelandi  
Antichristi, cum Romanum imperium disturbatum fuerit, dissipatumque.  
Ea interpretatio est plororumque omniū, qui in hoc explicando loco ver-  
satī sunt. *Cyrillus Catechesis.* ἡρεταὶ δὲ πονηροὶ τοῦ Αντίχριστοῦ εἰσι,  
τοιούτοις οἱ καιεῖται τὸ Παρεκκλήσιον, *Veniet autem hic predictus Anti-  
christus, cum impleta fuerint tempora imperii Romani.* Chrysostomus, οἱ δὲ  
Ἐπιστολὴ τῶν ζετεῖν Φασι, οἱ δὲ Παρεκκλήσιοι. *Alij spiritu gratiam, alijs*  
*Romanum imperium, interpretantur, id scilicet, quod detinebat, id est, ob-  
stabat, quominus Antichristus reuelaretur. Sed illos refutat: quia nūl effet  
causæ, cui obscurè loqueretur Apostolus: & quia iam oportuisset reuelat-  
rum, cum iam cessasset ζετεῖν Φασι. Ergo imperium Romanum potius ob-  
scure nominatum, quia *κοινότητος εἰδίκειος ἔχει παντὶ αὐτῷ λαοῖς, καὶ μίσθιος*  
*κανόνις.* Nollet frustra inimicitias suscipere, & inutilia pericula. Ergo, οὐδὲ  
η Ρωμαϊκὴ ὅτιν δέκα εἰκότες, τὸν εἰκόνα ήκει, *Quum Romanum imperium*  
*de medio sublatu suerit, tum ille veniet, καὶ εἰπε τοι, τὸν δὲ αὐτὸν τὸν ιτι-  
δέκας φέσθαι, εδίας τοιούτοις παραγενεσται.* οὐταν δὲ αὐτον τοιούτην, ιπθύνοντα  
την αρετὴν, καὶ τὸν τοιούτοις παραγενεσται, οὐταν δὲ θεοῖς επιχειρήσει ερπεσσοις αρχών. Et me-  
ritio. *Quandiu enim supererit huius imperij metus, nemō facile sibi succeditur.* At  
cum dissolutum fuerit imperium, irruebit in vacuum imperium, hominumque ac  
Dei imperium rapere tentabit. Similiter ante eum Tertullianus libro de Re-  
surrectione, Donec de medio fiat: quis? nisi Romanus status?*

III. Consentaneum Chrysostomo, suo more Occumenius, ac Theophilactus. Sed, & Latini, non recedunt. Ambrosius, Post defectum regni Romani apparitorum Antichristum dicit. Hieronymus, Donec regnum quod nunc tenet, de medio auferatur, prius quam Antichristus reueletur. Idem ad Alcibiadem quæst. ii. Nisi, inquit, venerit discessio primum quod Graecæ dicuntur dasia, ut omnes gentes, que Romano imperio subiacent, recedant ab eis. Et post, Nisi, inquit, fuerit Romanum imperium desolatum. Iterum, Nec vult aperte dicere Romanum imperium destruendum. Primasius, & Sedulus similiter. Anselmus: Glossa interlinearis, Lyranus: & Thomas Aquinas. Denique, ne aduersarij quidem dissentiantur. Vide Iosephum à Costa, c. 2 secundi de Novissimis temporibus.

IV. Et confirmatur ex Apocalypsi, in qua describitur dissipatio Romanorum imperij in decem reges significatos per decem cornua. Et post eam dissipationem, exortus Antichristi, c. 13. & 17. Vnde Tertullianus, *Quis noster Romanus fatus, cuius abscesso in decem reges dispersa Antichristum superaduet?* Et consentiunt, qui in Apocalypsin scripserunt.

V. Quid ergo superest? Nimirum ut probemus disturbatum esse, imd nullum esse Romanum imperium. Hoc verò vix credat quisquam negari posse: quod vsus atque experientia certissimè docet. Nec enim certum magis deesse Atheniensium, aut Lacedemoniorum Rempublicam. Sed testibus agam tamen. Iam olim Hieronymus ad Ageruchiam, *Qui tenebat, & medio fit: & non intelligimus Antichristum appropinquare, quem Dominus Iesus Christus conficiet spiritu oris sui?* Indeque percurrit clades iam tum temporis acceptas in variis prouinciis ad Septentrionem, & Occidentem. Non dixit tamen, de medio factus est: sed tantum, de medio fit diuinis illas esse clades, viuieræ ruinæ, paulò post futuræ præludia. Nec fatus vates. Nam ea subsequuta sunt tempora, quæ Saluianum impulerint, de Gubernatione Dei libro 4. vt dicaret, *Romanam Rempubl. vel iam mortuam, vel certè extreum spiritum agentem.* Et Episcopi Galli in Synodo Rhemensi sub Hugone, & Roberto Francorum Regibus, c. 28. imperij occasum nominare non verentur.

## LIBER DECIMVSSEXTVS, CAP. III.

329

**VII.** Deinceps etiam durius. Andreas Cretensis in Apocalypsin commentariis, c. 53. ut παλαιὰ Ῥώμης τὸ πολὺ τὸ τῆς βασιλείας κεράτον απέσαλιν. Verus Romapridem imperij maiestatem amisit. Et recentior, ac Patrium nostrum temporibus Paulus Iouius, & quidem Episcopus, statim initio suarum historiarum, Postquam Caesarum potentia fato cessit: qua quondam sublatia vnde regibus cunctis unipare coegerat, cum ferociissimi quicquid populis pristina libertatis memoria rebellarent, nobilissimum imperium, alio atque alio Barbarorum impetu conculsum, atque dilaceratum, in minorata regna, & multorum divisionem abiisse manifestum est. Et libr. 17. Egyptus post interitum Romani nominis Constantinopolitanis Imperatoribus cessit. Niemensis libri 3. c. 41. de Schismate, Roma iam diu amisit imperium.

**VIII.** Quin etiam Salmero Iesuita, in posteriore ad Thessalonicensis disp. 2. Imperium illud Romanum iamdiu euerum est, & in multiare regna dissipatum, & quasi extinctum. Nam qui nunc est, & vocatur Imperator Romanus, tenuissima quedam umbra est imperij antiqui: usq; adeo, ut nec ipsam quidem urbem Romanam, unde nominatur, possideat: & per multos annos defecerunt Imperatores Romani. Iustinianus ibidem, Pridem Romanum imperium in eas angustias redactum est, ut vix tenuem quandam umbram imperij retineat. Stapulensis ibidem, Vbi nunc, quae, monarchia? ubi qui in ea mundi regi habent? Cum & videamus monarchia caput, etiam ab ea deficeret. Quam obsecro Roma suo Regi, quo monarcha prebet obedientiam? Et nescio quibus temporibus potuit maior defectio apparere. Sed & Baronius anno quadringentesimo septuagesimo sexto, § 1. cum videret non tantum Imperatorem esse Græcum, sedne Consules quidem Romanos, sic, inquit, Occidentale imperium (atqui id erat Romanum) penitus collapsum est, & devolutum ad Barbaros. Barradius in Concordiam tomo i. libro 4. c. 4. Iudeis negantibus Christum venisse, quia imperium Romanum adhuc stet, Respondetur, inquit, non exstare Romanorum monarchiam, ut est compertum.

**VIII.** Hic testes, quanquam quid opus testibus? Res enim clamat ipsa. Primo ex tanto prouinciarum numero, ne vna quidem superest, quæ Romæ subiiciatur: omnes ad Orientem, Occidentemque, Meridiem, & Septentriōnem sese in libertatem asseruerunt, constitutis sibi forma propriâ rebus publicis: vnde tam multæ monachia: pauca Aristocratiæ, & Democratiæ. Imò ne ipsa quidem Roma, vel monarchia est, vel pars vlli monachia. Deinde, nomen, quo nihil minus, aut magis tenui singi potest: nomen, inquam, ipsum imperij Romanii, Romanis ablatum transiit ad exterios, Germanos Imperatores, quorū nemo est, qui sibi quicquam Romæ vindicare audeat. Quid est igitur, quo quis possit credere, non interisse imperium? Nunquam profecto magis, aut Babylonicum, aut Persicum, aut Græcum. Certe Persici hodie longe maius nomen, maior autoritas in Oriente, quam Romani.

### C A P. III.

*Romanam esse Antichristi sedem.*

**I.** Sic igitur Catholici docent impletum esse id tempus, quo detineri debet Antichristus, ne manifestaretur. Nunc de eiusdem sede agendum. Eam duplice proponunt Scriptura: alteram Ioannes in Apocalypsi: alteram Paulus. Apocalypsis 17. Cum me per spiritum in deserto transiisset, vidi mulierem insidentem bestia coccina, plena nominibus blasphemiarum, habentem capita septem, & cornua decem. Et post, Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet. Et rursus, Et mulier, quam vidiisti, est urbs illa magna, quæ habet regnum super reges terræ. Hæc autem tempus Roma erat: nec præter Romanum, vlla alia.

**II.** Hæc verba significant Antichristum quem mulier illa meretrix significavit, scilicet in urbe Roma. Argumentum geminum: prius à montibus septem, à quibus Roman vocatam esse septicollum, lippis notum, & fortibus. Unde loca, Septem quæ una sibi muro circumdedit arces. Alterum. Non enim solum mulier sedere dicitur super montibus septem: sed etiam ipsa esse urbs illa magna, quæ haberet tegnum super reges terræ. Hæc autem tempus Roma erat: nec præter Romanum, vlla alia.

**III.** Primis autem septem capita, septem montes, per sapientiam sensum monet consequenter intelligi, ut Romanam, quæ super septem montes presidet, significans, omnī quod orbe monarchie præfuit dominatio, ad istorum regum similitudinem adduxisset, & in Romam nomine totius regni potentiam figuraret. Ambrosius, Hoc manifestum est. Scimus enim Romanos, eo tempore cūtis regibus terra dominari. Ioannes Gagænus, Hanc Babylonem magnam, & meretrixem, Græci veterem Romanam interpretantur: aquas, in quibus sedetur populus, quibus quondam imperabat: septem montes, colles illos septem, quibus vetus Roma insignis erat.

**IV.** Præterea, cum de Babylone Ioannes loquitur, veteres interpretari sunt Romanam, Tertullianus, aduersus Iudeos, & libro 3. contra Marcionem, Sic & Babylon apud Ioannem nostrum, Romana urbis figuram portat, prouinde & magna, & regno superba: & sanctorum debellatrix. Eucherius in formulis spiritualibus, c. 10. Babylon, aut mundus, aut Roma. In Apocalypsi. & Babylon magna venit in memoriam ante Deum, data ei calicem vini indignationis ira eius. Et ante Eucherium, Hieronymus Epist. 17. Legi Apocalypsin Ioannis, & quidem multe purpurata, & scripta in eius fronte blasphemia, septem montibus, aqua multis, & Babylonis cæntetur exire, contuens. Quæ de Roma ab Hieronymo dici agnoscit Victorius: & ipsa series ostendit, ad Tarpeiam rupem referenda, paulo ante nominatam. Idem ad Algasiam quæst. II. Secundum Apocalypsin Ioannis, in fronte purpurata & meretricu scriptum est, nomen blasphemia, id est, Roma aeterna.

**V.** Hinc factum, ut non desint, etiam in medio Papatu, qui prædixerint Antichristum futurum Romanum. Rogerius Houved Attualium parte posteriori, De isto Antichristo idem dicit loachim: quod iam natus est in ciuitate Romana, & in sede Apostolica sublimabitur. Ioannes Episcopus Chemensis in Onore Ecclesiæ, etli magnum aliquem Antichristum venturum dicat, & distinctu à mixto nescio quo Antichristo, quem singit, atque in magno modo discedat à vulgi opinione: tamen hunc mixtum Romanum futurum assert, c. 42. In hoc dolo (inquit) figuratur Pontifex abominabilis ob defectum vita: & dicitur desolationis ob Ecclesiæ à statu debito per eam desolandam. Qui Pontifex Diabolus procurations Ecclesiæ Dei ponet in presenti quinto statu. Et ita-

rum, Is mixtus Antichristus per abyssalem malitiā, & procurationē dano- num, ac per sui ipsius ambicio am astutiam, papatum tyrranicē usurpabit.

**VI.** Sanè per hanc quidem notam, nihil obstat, quomodo Papa sit Antichristus. Is enim Romæ sedem suam fixit: quod omnes & sciunt & vident: Atque inde nomen Episcopi Romani: Pontificis Romani: Papa Romani. Imò ab ea sede ius suum dicit. Cur enim non Antiochenus, non Alexandrinus, dicitur Oecumenicus? Ratio est, quia neque Antiochæ, neque Alexandria mortuus Petrus: sed Roma.

**VII.** Hic disputant Stapletonus & Bellarmius. Primo meretrix esse vniuersam Diabolici ciuitatem. Secundo esse Romanam Ethnicam. Et quidem non satis concordes. Nam Bellarmius censet melius intelligi Romanam, quam ciuitatem vniuersam Diabolici. At Stapletonus contraria, multo probabiliorem & veriorem senum illorum, qui mulietem purpuratam, bestiam, Babylonem, ciuitatem magnam, accipiunt, non pro Roma, aut pro vna aliqua vel ciuitate, vel imperio, sed pro toto imperio impiorum hominum. Ecclesiæ Dei ab initio persequuntur. Sed hanc ag. Porcius illi sancte current: Nos rem ipsam potius dispiaciamus.

**VIII.** Prima igitur quæstio est, vtrum meretrix intelligenda sit vniuersa impiorum ciuitas. Athrami argumenta illis sunt, primo autoritas Veterum. Augustini in Psalmum 61. & de Ciuitate Dei libro 2. c. 9. Et commentatorum, Aretæ, Ambrosij, Augustini. Deinde ipse contextus. Nam septem capitula, septem montes, septem reges, omnia idem significare: & esse septem regna ac Itatus, quæ populum Dei ab initio persecuta sunt, Egyptorum, Chananeorum, Chaldaeorum, Persarum, Græcorum, Romanorum, Antichristi: quorum quinque primi non erant amplius, Romanii autem erant: Antichristus nondum veterat, sed erat venturus: & non erat tota illa bestia, sed pars extrema illius, & vna de septem sue cornibus, sue montibus, sue regibus. Denique, Et bestia quæ erat (inquit Ioannes) & non est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit: hoc est, Antichristus breui interitus, vna est bestia de septem, quatuor est bestia pro parte non pro toto accipitur: & est octaua propter magnitudinem, & euormem persecutionem, quam contra sanctos gesturus est. Haec est Stapletonus.

**IX.** Sed negandi nobis certæ causæ. Non Veterum duntaxat, quos recenti autoritas: verum etiam & quidem multo magis Prophetæ contextus. Primo enim dicitur meretrix sedere super bestiam, quæ ascensura esset abyssi. Ergo in futurum Ioannes eam meretrixem præuidebat. Quomodo autem in futurum, si intelligendas totum imperium impiorum hominum, Ecclesiæ Dei ab initio persequuntur? Et verò bestiam istam quid intelligas? Nam si Diabolum, vt nonnulli ex iis quibus haec placet impiorum ciuitas: illud sedere super Diabolum, non poterit intelligi, nisi eam ciuitatem à Diabolo sustentari. At id semper fuit, semper factum est: quomodo igitur in futurum?

**X.** Secundò, dicitur meretrix sedere super aquas multas, id est, populos & turbas, & gentes, & linguas. Hoc vero qui conuenire potest, cum vniuersa illa ciuitate? Nam si ea mulier est vniuersa ciuitas imploratum: Ergo vniuersa ciuitas impiorum dicenda est sedere super aquas multas. Ciuitas autem impiorum, quid esse potest præter multititudinem impiorum? Ergo multitudo impiorum sedebit super aquas multas. Iam vero aquæ multæ, populi multi: & gentes & linguæ. Huc ergo deuentum tandem, vt audiamus multitudinem impiorum sedere super populos multos. Et quia multitudem impiorum necessæ est esse populos multos: ergo id sit, vt populi multi ledeant super populos multos. En tibi pro visione prophetica somnia humana.

**XI.** Tertiò, Mulier est, Ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ, Græcæ, iuxta & negoti. In p[ro]p[ri]etate Beza, vrbis illa magna: Primo hæc interpretatio est. Itaq; mulieris quidem nomen metaphoricum, & non intelligendum ad literam. Sed vrbis, ipsum illud est, quod per mulierē significatur: quomodo autem vrbē vnam intelligas vniuersitatē impiorum? Nam hæc sancte non interpretatio est, sed nouum ænigma. Tum dilecte, non p[ro]p[ri]etate Beza: sed in p[ro]p[ri]etate Beza: vt certa quædā vrbis designetur. Et demum, quo sensu dicas, multitudem impiorum regnum habere super reges terræ? Nam contra reges terræ regum habent super multitudem impiorum.

**XII.** Affirmantium autem argumenta triuola. Veteres quidem nonnullos scio hic inclinare: sed non omnes tamen: itaque neutri pro lege esse debent. Et quid mirum si in obscurissimis prophetis nonnunquam cœcitant etiam p[ro]p[ri]etate. Non enim omnibus omnia Dominus reuelat. Sed enim qui Romanum intellexerunt, prima sunt antiquitatis: qui autem Ciuitatem illam improborum, iij longe recentiores. Cur non ergo his illos præferamus? Et quidem Bellarmius, vt dixi, Romanum significari magis probavit. Sed & Salmero præludio i. in Apocalypsin, satis recte, & inuolue de vrbe Roma, quæ septem montibus situtus, loqui notat. Non sunt illi moti veterum illorum autoritate, quoniam ab eorum sententia discederent. Ne speret igitur Stapletonus nobis fucum facere.

**XIII.** Sed neq; contextus bene expeditur. Nam primum, quis concedet Stapletono septem capita, septem montes, septem reges, vnum esse idemque? Imò distinxit disertè Ioannes montes à regibus: vt regis, quidem per montes significatos at non tamen vtrisq; coldem, Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet. Et reges quinq; sunt. Hoc est, hæc septem capita significant septem montes: & significant etiam septem reges. At horum regum quinque cecciderant: vnum erat, & aliis nondum venerat. Ergo non erant illi quinque, non erat etiam ille qui nondum venerat. Et tamen super montes septem mulier illa sedebat. Quomodo autem poterat sedere super reges, qui non erant? Non igitur idem montes, & reges: sed diversi.

**XIV.** Hi autem montes reges, quænam sunt? Nimirum, Egyptij, Chananej, Chaldaej, Persæ, Græci, Romani, Antichristus. Satis concinne. Sed occlamat Rupertus, qui secundo loco non Chananeos ponit, verum Regnum Israëlitarum carnalium. Quidquid ne sic quidem vniuersa illa impiorum ciuitas continetur? Nam Persæ etiam post Christum persecuti sunt Ecclesiæ, eorumque florentissimum fuit regnum: at Stapletonus illos Persas dicit, quorum rex Darius, & Cyrus. Quidquid omittitur omnium longe seculissimum Turcarum regnum? vt prætermittam, Gotorum, Vandorum, atque alia. Denique Aretas longe aliter numerat. Niniten, Chaldaeos, Persas, Medos, Macedonas, Romanum, Constantinopolm.

**XV.** Itaque non interpretatur, sed eludit, qui vniuersam impiorum ciuitatem intelligit. Quid? qui Romanum Ethnicam? Bellarmius quidem sic

probat.

probat. Si Roma Christiana intelligitur, ergo iam tunc, id est, Ioannis tempore Romana Ecclesia degenerauerat. Et iam tunc regnabat Antichristus. At hoc falso, ergo & illud. Præterea, si Roma Christiana tunc erat, Babylon: cur Tertullianus de Prescriptionibus dixit, *Felix Ecclesia, cui totam dominam Apollonis cum sanguine sua profuderunt.* Et Hieronymus libro 2. cōtra Iouinianum, *Ad te loquar (Roman scilicet) quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti.* Denique Ioannes testatur se loqui de Roma, quæ tenebat Imperium super reges terræ. Et quæ erat ebria de sanguine Sanctorum: & de sanguine Martyrum Iesu. At hæc non habet locum nisi in ea Roma, quæ regnantibus Nerone & Domitiano, martyres trucidabantur. Arque hoc argumentum latius exsequitur Sanderus: qui à Tertulliano, ob viribus magnitudinem, Imperij superbiam, & Sanctorum sanguinem notat Romanum dici Babylonem: has autem tres causas, iam diu cœlaste. Esse enim alias urbe Roma maiores, ut Mediolanum, Lutetiam, Coloniam Agrrippinæ, Constantinopolim, Cairum: & ab ea proorsus recessisse Imperium: defuisse etiam sanctos persequi.

XVI. At contra. Primum dicit Ioannes: *Decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges una hora accipient unacum bestia.* At hoc de Roma Ethnica intelligi nequit, quia tantum abest, ut cum Imperio Romano alii reges regnum acceperint: ut contra potius alii regibus Imperium Romanum regna eriperent. Itaque intelligitur de disputatione Imperij Romani, cuius tempore Antichristus suam autoritatem exserturus erat. At hæc dissipatio accidit multis annis, imo seculis, post quam Roma desiderare esse Ethnica. Secundo, describit Ioannes capite decimo octavo, huius Babylonis excidium: & ita describit, ut non possit intelligi de Roma Ethnica, *Cecidit Babylon illa magna, & facta est domicilium demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi.* At primo Roma dum esset Ethnica, non est excisa: sed si excisa est, tum est excisa, quum facta est Christiana. Secundo, quum cessauit esse Ethnica, tum non est facta domicilium demoniorum: Sed potius Christianorum, atque Ecclesiæ.

XVII. Aduersiorum argumenti primi fallit consequentia. Primo, nondum erat Roma Christiana, quum Ioannes hæc scriberet, sed Ethnica Idolatriæ tenebris immersa. Deinde, et si de Christiana loquitur, tamen non est necesse, statim quum facta est Christiana, factam esse etiam meretricem. Nam quis nescit Prophetas non scribere Chronologiam, quæ distincte successus distribuantur in secula, in annos, in menses? Ipse Ioannes testis: qui Babylonis interitum statim describit: & sic describit, non quasi futurum, sed quasi præsentem: qui tamen multis post seculis cœunterus erat. Sufficit ergo, si dicamus, eam Romanam, quæ primo Ethnica erat, deinde facta Christiana, tandem futuram sedem Antichristi, suo demum tempore reuelandi.

XVIII. In secundo, primo negamus ea Tertulliani verba esse de Roma specialiter: sunt enim de Ecclesia Christiana in vniuersum, quam ob eam causam felicem pronunciat, quod in eam Apostoli effuderint totam doctrinam. Secundo, negamus Romanam Christianam tunc temporis fuisse Babylonem, quum hæc Ioannes scriberet: sed futuram tum cum Antichristus in ea sedem occupaturus esset. Itaque tam verè potuit Tertulliani tempore felix appellari (si tamen appellata est) quam reliqua Ecclesiæ, quibus Euangelium erat traditum. Potuit etiam dici delesse blasphemiam scriptam in fronte, Christum confitendo: quia, quamvis Ioannes non loquatur de blasphemia Ethnica, tamen erat ipsa blasphemia re vera: ac præside potuit Hieronymus ad hunc locum alludere: et si non propriè interpretari. Et sane non prædictum Ioannes Romanam deleturam eam blasphemiam, sed potius peritum in ea blasphemia.

XIX. Ad tertium, verum est Ioannem testari se loqui de ea Roma, quæ & magna urbs esset, & imperaret reliquis, & persequeretur sanctos. Verum non sunt illa omnia eodem modo intelligenda. Magnitudinem, & Imperium, oportet intelligi ut erant initio, id est, tum quum Ioannes prophetabat, quo disertius notaretur urbs, nullaque esset ambiguitas: non verò ut erat futura tum, quum Antichristus in ea sedem occuparet. Nam capite præcedenti probatum est, ante reuelationem Antichristi, Imperium fuisse pessimum. Itaque sensus est prophetæ, eam ipsam urbem, quæ tum temporis & maxima erat, & imperatrix, postquam & diminuta esset, & imperium amissum, futuram sedem Antichristi. De persequitione Sanctorum alia ratio. Nam ea tribuitur mulieri sedenti super bestiam septicipitem, id est, super Romanam septicollam. Hæc igitur persecutio ad Antichristum referenda: non ad Ethnicos Imperatores, Neronom, Domitianum, alios. Hanc autem notam etiam suam fecisse Romanam Antchristianam, suo loco probabimus.

X. Itaq; nihil est, quod cogat intelligi Romanam Ethnicam: aut non intelligi Romanam Christianam, id est, hanc prophetiam exponendam de urbe Roma, postquam eiurato Ethnici smo, professa est Christianitatem. Itaque Bellarminus aliam euadendi riham quæsivit. Etiamsi, inquit, illa mulier esset Roma Christiana, non tamen concludet argumentum. Nam Antichristus odio habebit Romanam, eamque desolabit, & incendet. Ex quo manifeste sequitur non fore eius sedem. Et probat ex ipso Ioanne, qui prædictit, decem Reges, qui sibi dividunt Imperium Romanum, & quibus regnantibus veniet Antichristus, odio habituros purpuratam meretricem, & eam desolatam facturos, atque etiam igne crematuros.

XI. Imò Bellarminus suo more, id maximè asserit, quod maximè est falso: Nusquam enim constat Antichristum odio habiturum urbem Romanam. Truncat autem manifestè prophetiam Ioannis: sed & pervertit. Hæc ita habet, *Decem autem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt: sed potestatem tanquam reges una hora accipient cum bestia.* Hi vnum consilium habent, & vires ac potestatem suam bestia tradent. Hi cum agno pregnabunt, & agnus vincet eos: quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum: & qui cum eo sunt vocati, & electi, & fideles. Deinde dixit mihi: *Aqua, quæ vidisti, ubi meretriz sedet, populi sunt, & turba, & gentes: & lingue.* Et decem cornua, quæ vidisti in bestia, hi odio persequentur meretricem, & solam reddent illam, & nudam, & carnes eius comedent, & ipsam igne exurent: Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant, quod placitum est ei, & ut consentiant, dentque regnum suum bestia, donec compleantur verba Dei.

XXII. Hic ille locus est, in quem vide quām fœde poccet Bellarminus? Primo Antichristo tribuit odium illud. At Ioannes decem regibus. Secundo, odium illud dicit futurum in Romanum: at Ioannes in meretricem, quæ insidiebat bestia, id est, Roma. Tertio, si pro eodem sumit meretricem & Romanum: ut ad finem capitis, confundit tempora: quæ Ioannes diligenter distinguit. Nam reges illos docet, primò quidem non habituros odio bestiam, sed potius tradituros vires ac potestatem suam: adeo quidem, ut Scipio puto contextu legendum puter: *¶ Εγενετο παντας γραπτων της θεον: Illuc enim bestia, unum habens consilium.* Deinde rursus docet eodem persequutus meretricem. Quis non videt distingenda esse tempora? Sed ut ut sit, illud perspicuum, Antichristum, id est, Meretricem illam, non esse ex numero decem illorum regum, id est, cornuum. Itaque Ioannes non prædictum, Antichristum igni exstirpum Romanum.

#### C A P . IV.

##### De Templo Dei.

I. **A**ctum de sede Antichristi ex Ioanne: Nunc ex Paulo: nam ita distinximus. Paulus ergo posterioris ad Thessalonicenses 2. diserte: *ως αὐτὸς εἰς τὸν Ἅγιον τὸν Θεον καὶ διὰ τὸν θεῖον νόμον, ἀδελφοί μου τὰς κακάς σαρπαγεῖς.* Sedebat in templo Dei, non quod est Hierosolymis: sed in templo Ecclesia: vel ad verbum, Sed & in Ecclesia. Nam etiam Graeci melius Oecumenius, *αὐτὸς εἰς τὰς κακάς σαρπαγεῖς.* Theophylactus, *Non in Hierosolymorum duntaxat templum, sed in omnibus passim Ecclesias, & Dei templus confessurus est ille.* Theodoreetus, *Dei autem templum appellavit Ecclesias, in quibus primam sedem arripies.* Ambrosius, *Vt in domo Domini, in sede sedeat Christi.* Primasius, *Vt in templo Dei sedeat ostendens se, quod ipse sit Deus: id est, quod ipse sit Ecclesia: quale est se diceret, in templum Dei sedeat, ostendens quod ipse sit Dei templum.* Anselmus, *Et ita erigetur, ut sedeat, & se adorari iubeat in templo Dei, fortasse quod est in Hierusalem: Vel potius in templo Dei sedebit, id est, in mentibus Christianorum, quos seducet, qui fuerant templum Dei.* Caietanus, *Nec aliquod determinatum templum significatur: sed in quoque templo Deo dicato, sedebit tanquam sibi dicato.* Hugo Heterianus de regressu animarum ab inferis c. 23. *Sedebit in templo Dei, in Ecclesia.*

III. Est ergo templum Dei Ecclesia: & in eo debuit sedere Antichristus: id est, vt loquitur Thomas, principari, & dominari: sive ut Theodoreetus primam sedem arripies. Ut summa sit, Antichristum dominationem suam exsurgentem: non quemadmodum olim tyranni in Ecclesiam Dei, hoc est, contra eos qui fidem Dei profitebantur, ipsi interea in infidelitate persecuerantes: imò ob id ipsum Ecclesiam persequentes, quod infidelitatem profiterentur: sed potius in Ecclesia Dei: hoc est, intra Ecclesiam: ut non externum sit bellum, sed intestinum, ac quasi civile: quomodo omnes hæreses, quæ sic apostatabant a Christo, & orthodoxos insectabantur, ut tamen de Ecclesia ipsæ exisse nolent videri. Itaque auctor operis imperfecti in Matthæum homilia 49. *Antichristus venire speratur, & obtinere loca Ecclesiarum sancta sub specie Christi & multos fidelium desolare.*

IV. Iam verò hanc notam Romano-Episcopo conuenire, quis dubitet? Nam & se ipse Christianum profiteatur: imò suum corpus, appellat Ecclesiam Christianam, Catholicam, Apostolicam: adeo ut nullus vñquam titulus fuerit, veræ Ecclesiæ tam genuinus, atque, ut ita dicam, naturalis, quem sibi iste non arroget. Est quidem Turca, Antichristus generali nomine, quia Christum in membris crudelissime persequitur, eiusque doctrinam odit canæ peius & angue. Sed hic Antichristus esse non potest: quia neque est Roma: neque se Christianum dici vult. Erat olim etiam Nero Antichristus, eandem ob crudelitatem, idemque odium: & Romæ sedebat: verum non sedebat in Ecclesia: imò extorris erat ab ea. Itaque non potuit esse hic Antichristus. At Romano Pontifici vtrumque conuenit, & vt sit Romæ, & vt Christi fidem profiteatur: Ergo si reliqua notæ similiiter respondent, hunc oportet esse verum illum Antichristum.

V. Nam quid de dominatione dicam? Caput Ecclesiæ non eo pertinet? Non Episcopus Episcoporum? Non vñiversalis Episcopus? Non iudex summus omnium controversiarum? Non regula fidei? Denique nonne asseritur esse de necessitate salutis omni creaturæ, ut ei subsit? Nonne ille ipse sponsus dicit Ecclesiæ? Innocentius terrius sermone 3. in consecratione Pontificis, *Ergo qui habet sponsam sponsus est.* *Annon ego sponsus sum?* *Et quilibet vestrum amicus sponsi?* *Utique sponsus, quia habeo nobilem, diuitem & sublimem, decoram, castam, gratiosam, sacrae sanctam Romanam Ecclesiam,* quæ, disponente Deo, cunctorum fidelium mater est, & magistra. *Cum hac mihi sacramentale coniugium, cum hac mihi commercium nuptiale.*

VI. Quid hic opponunt Sophisti? Primo audiamus Bellarmini inceptias, præter controveriam quidem: sed tamen ex huius argumenti occasione suo idolo delicias facientis. Nam eti non admittit libenter, ut excurram à quæstione, tamen meretur festiuum Iesuitæ ingenium, ut ne omnino neglegam prætereatur. Statim verò redibimus ad id unde digredimur. Antichristus, inquit, in Ecclesia Christi sedebit, eiusque Ecclesiæ princeps & capit habebitur, & in ea magistratum, & officia geret. Est autem Papa Romanus Antichristus: igitur Papa Romanus in vera Ecclesia Christi sedet. Hæc autem vna est: igitur, quotquot ab Ecclesia quæ sub Papa est, alieni sunt, extra veram Ecclesiam Christi sunt.

VII. *Φιλοτεχνοὶ τοιοῦτοι!* Et placuit aliis etiam. Adeo vel è flamma vicit petant. *Αλλ' οὐ πολὺ τοιοῦτοι, οὐδὲ θρήσκευτοι.* Argumentum ita procedit, *Sedes Antichristi est Ecclesia.* At Ecclesia Romana est sedes Antichristi: ergo Ecclesia Romana est Ecclesia vera. At primò plus est in conclusione quam in præmissis. Nam quum ponetur, Antichristum in Ecclesia Christi

## LIBER DECIMVSSEXTVS, CAP. V.

331

Christi edere, tum concluditur, Papam Romanum in vera Ecclesia Christi sedere. Et si autem reapse nulla sit Ecclesia Christi, non vera Ecclesia, tamen ita flos inualuit, ut etiam falsa quædam dicantur Ecclesiae Christi, hæretorum puta, quæ id sibi nominis vendicant.

VIII. Deinde fallacia est compositionis. Nam sedes Antichristi est Ecclesia, in sensu compositionis falso dicitur: non enim potest esse simul sedes Antichristi, & Ecclesia Christi, sed in sensu diuisio, verum est, quæ enim fuit olim Ecclesia Christi, postea facta est sedes Antichristi. Quomodo apud Prophetam, Esaiæ 1. Quomodo fuit meretrix ciuitas fidelis? Coniunge, ut eadem sit eodem tempore meretrix, & ciuitas fidelis; absurdum. Disingue, ut quæ olim fuit fidelis, tandem euaserit meretrix, certum. Sic cœci vident, mutiloquuntur, surdi audiunt, & similia multa. Eudemus Ioannes libro primo contra Abbatum, Ex ipsis Apostoli verbis satis colligi posse ait, non ideo vocari templum, vel Ecclesiam, quia tunc diuino cultus deserviat: sed quia templum id quod erat à Deo dicatum, ad prophanos ipse usus conuerteret: Si enim sacrilegus ille, edebit in templo Dei, ostendens seipsum quæ sit Deus profecto à diuina religione ad prophanos ipse usus conuerteret.

IX. Fatemur igitur Ecclesiam Romanam, olim fuisse veram Ecclesiam Christi: ut ab initio, quum eius fidem Paulus laudabat annuntiatam toto mundo: & deinceps, aliquot seculis, quum & veram doctrinam retinebat, & hæreses impugnabat, & martyres etiam dabant. At tum temporis, ne-gamus fuisse sedem Antichristi: Felicem si eum statum retinuerit. Sed non retinuit, quin potius ita se corrumpi passa est, ut de pristina illa integritate seruauerit, ferme nihil, adeo & mores indignos Christianitatem assumpti, & doctrinam alienam à veritate Christiana induxit. Attunctam agnoscem Antichristi sedē: sed desīscere esse Ecclesiā Christi: Ecclesiā dicas quæcumque. Quanquam hanc ita mutationem factam dicimus, ut non omnino omnem Ecclesiam faciem exerit, aut delectet: quod accidit. Terciæ: sic enim non sedetur Antichristus in Ecclesia: sed seruata agnoscimus, quædam vestigia, & quasi rudera dirutæ Ecclesiæ, cuiusmodi est ipsum nomen, & professio exteriora, & si quid est præterea. Ut recte Caluinus dixerit, Quemadmodum ita sōpe diruntur edificia, ut fundamenta & ruina manent: ita non est passus Deus Ecclesiam suam ab Antichristo, vel à fundamento subverti, vel solo aquari, sed ab ipsa quoque vastatione semiratum edificium esse voluit. Quarto institutionis capite secundo, paragrapgo unde-cimo.

X. Sic retusum acumen, nisi aciem resiceret. Si Ecclesiæ Christi solunt ruinas superflunt (inquit) igitur Christi ruit Ecclesia, & mentita est veritas, quæ dixit, Porta inferi non præualebit aduersus eam. Præterea, si ruit Ecclesia, & ruinas eius, ac fundatum, quineriam adfiscium ipsum semiratum Papistæ tenent: igitur Lutherani, & Caluinistæ nullam Ecclesiam habent.

XI. Respondeo ad primum: Ecclesiam Christi ruer, scilicet *ad id*: id est, particulares Ecclesias, ut iam olim Ephesinam, Alexandrinam Corinthiam, Constantinopolitanam, denique Romanam. Quod si alias fuit incertum, hæc saltēm controvērsia debuit certum efficere. Quod enim? nonne cerrum est, Antichristum venturum fuisse? Nonne & Apostasiā p̄dixit Paulus: Itaque quod Christus dixit, portas inferorum non præualitas, non potest eum habere sensum, ut de statu exteriori Ecclesiæ nihil vñquam diminuat. Nam & ipse Christus testatur se, cum veniet, vix fidem inuenturum. Non perit quidem Ecclesia ὁλοχρῆστος, vñquam: sed tamen incident tempora, quum perisse videtur, atque adeo certis quibusdam locis prolixi perit, ut nihilominus sua constet promissio diuinæ veritas. Ad secundum. Papistæ ruinas Ecclesiæ tenent suis locis, at Catholici integrum Ecclesiam: quæ non locis, non personis æstimaturi sed fidei, sacramentorumque sinceritate. Hanc qui habent, illi totam Ecclesiam possident, reliqui tantum larvam. Sed hæc quæstio alias suum prouium locum sortietur.

XII. Ad rem ipsam veniamus. Primo igitur Bellarminus negat in Scriptura Noui Testamento per Templum Dei vñquam intelligi Ecclesias Christianorum: imo quod maius est, etiam Patres Græcos & Latinos per aliquot secula, vñquam, Ecclesias Christianorum templa appellasse, id est, rati: sed vel *ἐκκλησία*, vel Basilicas, vel martyria.

XIII. Verum hic puerilis lusus est, non seria solutio. Ecclesiæ nominat Iesuita, cum vulgo, locos ipsos manu factos, in quibus conuenient fæcē religionis exercenda gratia, quæ propriæ templo dici solebant, quo sensu Ecclesia in Noui Testamento nominata, vñquam inuenias. At argumentum nostrum, non de his agit Ecclesia, sed intelligit ipsum *οἰκογένεια* hominum, quod sele profitetur esse Ecclesiam Dei, siue iū in vnum locum sint congregati siue per suas singuli domos dispersi. At hoc sensu Templum Dei in Scripturis nominari Ecclesiæ, probatum est. Eodem sensu & domus Dei nominatur: nam phrasis est mutuata à Veteri Ecclesia, quæ suum templum appellabat, בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Domini Dei: neque aliud erat nomen. Itaque illud prioris ad Timotheum 3. in domo Dei conuerteri. Perinde est, quasi in templo Dei, id est, Ecclesia, non loco aliquo siue magno siue parvo: sed inter homines, qui profitentur se Deum rite colere.

XIV. Sed rursus. Quasi vero (inquit Salmero, disputatione 2. in posteriore ad Thessalonicenses) quisquis in Ecclesia Dei feder, sit templo Dei. Ergo etiam Apostoli, & Patres Veteris Testamenti, Antichristi forent, quia super Cathedras Ecclesiæ fuderunt, & non extra Ecclesiæ. Et Stapletonus. Non magis sequitur, Papam esse Antichristum, quia in Ecclesia feder, & sibi suisque Ecclesiæ nomen vendit, quam vel Caluinistas, vel Lutheranos, vel quamvis aliam sectam, imo quamquam libet veram Christi Ecclesiæ esse Antichristum. Hoc enim omnis Ecclesia, tam vñquam falsa sibi vendicat, & omnes sibi communicantes, esse veram Ecclesiæ.

XV. Respondeo, primo de Ecclesia vero, id dici non posse, non enim Ecclesia Dei vera, fuder in Ecclesia Dei: quod non dicatur, nisi absurdus, oportet enim diuersum esse id quod fuder, ab eo in quo fuder. Secundo, fatemur hanc consequentiā: Sederet in templo Dei, ergo est Antichristus, non esse necessariam. Nec vero ea nos vitimur: qui primo capite protestati sumus, vñicum nobis in hac concludenda controvērsia argu-

mentum esse, ab omnibus Antichristi notis simul sumptis: ut sit, quoties non exacta definitio cuiuspiam rei datur, sed tantum prolixa descriptio instituitur sigillatim. Ergo de singulis notis agimus tantum, ut per partes probemus assumptionem, quæ asserebat Pontificem Occumenicum capere omnes notas Antichristi. Itaque non id in respondendo faragere debent aduersarij, ut doceant inde non sequi primam præcipuamque conclusionem, sed ut ostendant singulas notas seorsim & per se, non competere suo Occumenico.

### CAPUT V.

#### De Doctrina Antichristi.

I. At cum de tempore aduentus Antichristi. Actum iterum de eiusdem se-de, id est, primo de loco, ubi suam sedem fixurus erat: deinde de Ecclesia, à qua se discedere nolet putari. Nunc ad reliquas progrediendum notas, quæ eundem proprius deseribunt. Huc refero, doctrinam, docendi rationem, vitam, autoritatem.

II. Et quod ad doctrinam quidem pertinet, vocatur à Paulo ὁ αντιχριστός, is qui opponit se: que vis est nominis αντιχριστός. Quod si Christo aduersatur tum sane oportet ei doctrinam esse aduersam Christi doctrinæ: alias enim, hoc est, si in doctrina cum Christo consentiret, aduersarius esse non posset. Propterea & Ioannes Antichristos notabat a doctrina, secundo capite primæ, Qui est mendax, nisi qui negat Iesum esse Christum? Hoc est Antichristus, negans Patrem & Filium. Et 4. Quicunque Spiritus non constitutus Iesum Christum in carnem venisse, ex Deo non est. Et hic est ille spiritus Antichristi, de quo audisti, eum venturum fuisse, & iam in mundo esse. Sed & veteres ob eam causam, hæreses appellarent exercitum Antichristi Rursus Ioannes Apocalypses duodecimo, Vici aliam bestiam ascendenter in terra, habentem cornua duo similia agni: sed loquebatur ut Draco: id est, inquit Haimo: sicut olim diabolus per serpentem mala persuasio no loquutus est mulieri, per quam decepit virum: ita & ipsi sua prava doctrina omnes quæcumque possunt, seducunt, & à fide CHRISTI separant.

III. Paulus etiam, nisi venerit Apostasia prius. Atque hanc Apostasiā sunt quidem qui de defectione interpretentur ab Imperio Romano: vñ Ambrosius, Hieronymus, Tertullianus. Verum alij & quidem plures de defectione à fide. Chrysostomus, αὐτὸν καὶ τὸν δοκτορὸν, ὡς πατέρα δοκοῦσθαι τῷ θεῷ φίστῳ, ἀστερά, φυσικὸν σκανδαλοθύμον, εἰ διωτὸν τοῦ τὸν εὐλογοῦ, Defectionem illum vocat: quia multis perditur us erat, & ad defec-tionem induxit: adeo ut scandalizentur, inquit, si fieri posset, etiam ele-cti. Similiter Occumenius, δοκοῦσθαι τῷ θεῷ φίστῳ τὸν δοκτορὸν, ὡς πατέρα μισθονοῦσθαι τῷ τῷ Χριστῷ οὐδὲ τοῖνα εὐτὸν τῷ τῷ Θεῷ φίστῳ φίστῳ, Apostasiā ipsum antichristum vocat, ut pote qui multis à Christo abducturus esset: siue, illam ipsam à Deo sessionem. Nee aliter Theophylactus. Et Theodoretus, Defectionem ipsum vocavit Antichristum à re-p̄fia eius nomine imposito: conatur enim à veritate abducere, & efficer, ut do-sificant. Augustinus de Ciuitate Dei, libro 20. capite 19. Quem refugam vocat: utique à Domino Dvo. Et alij reiectiores. Atque hoc quidem verisimilius: sic enim Paulus solet ut eo vocabulo: 3. ad Hebreos: εἰ τῷ δοκτορῷ τῷ τῷ Θεῷ φίστῳ φίστῳ, Deficio à Deo viuo. Et difertius prioris ad Timoth. 4. Spiritus disserit, quia in nouissimis temporibus διστορταὶ discedent quidam à fide.

IV. Verum disputant nonnulli: vtrum Apostasiā intelligent ipsum Antichristum, an vero quid ab eo distinctum: nempe, ut & a Deo Apostasiā futuram Paulus datus prædixisse, & insuper ipsum Antichristum. Et sane vtrumque sensum verba Apostoli admittunt. Potest enim vel esse ἡ ἀρχὴ δύο, vel loquuntur Scholæ: vel etiam singula membra distinctum quid, imo diuersum significare. Et mihi quidem verisimilius videatur hoc posterius, si quid ab euentu pollitus iudicare. Non Latina tantum Ecclesia discessit à puritate fidei Christianæ: sed etiam Græca, atque Orientalis, defecit, qua tamen Romano Episcopo non subiicitur. Itaque, si sit hic Antichristus, tum oportet, Apostasiā illam, futuram ante aduentum Christi, latius patere, quam Antichristi regnum. Verum nullus hic scrupulus est non facilis. Constat enim Antichristum futurum a postamat, siue, ut loquitur Augustinus, refugam, id est, propositurum doctrinam alienam à doctrina Christi: propositurum autem non quomodo Ethnicus proponit, aut Turca, sed quomodo qui prius Christiani, ab ea fidei descipientes docent, ut amplectentur contrariam, quæ vera est apo-stasia.

V. Et tamen, quia Apostasiā simpliciter Paulus nominauit, quod qui-dem multo plus est, quam si apostamat dixisset: ideo non tantum falsam doctrinam intelligimus, sed etiam οὐτενα quoddam doctrinæ, quod δια-sumptum contrarium sit fidei: hoc est, non quemadmodum veteribus accedit hæreticis, qui ipsi quidam Antichristi fuere, à quibus quædam tantum fidei capita peruerterebantur, ut ab Arianis nō ὑπάγοντο, à Samosatenis Trinitas: ab Eutychianis, dualitas naturarum Christi, à Nestorianis vñitas per-formantur, sed longe aliter, ut si non omnia, certe longe plurima, eaque præcipua fidei capita euentantur.

VI. Verum, nō id quidem satis. Recte enim Veteres notant, Apostasiā appellari, quia non ipse tantum discedet à fide: sed etiam multis secum ab eadem abducent. Quod Ioannes significauit capite decimo tertio, Et seducit incolas terra. Et decimo septimo, Cum quæ scortationi sunt reges terra. Et cuius scortationis vino inebrati sunt incolas terra. Rursus, Habens poculum aureum in manu sua plenum abominationibus, & immunditia scortationis sue. Et in fronte sua scriptum Mysterium, Babylon magna, mater scortationis & abominationum terra.

VII. Hæc igitur omnia oportet in eo quem Antichristi nomine dignum afflere: & si abflunt à Romano Pontifice, caussam nullam dicimus: quo minus blasphemii simus, qui eum Antichristum vocemus: Enimvero, de regibus, & incolis terræ, nemo, opinor, mœbit litem. Nam hoc iam prideam orbi persuasum, subiici debere Episcopo eccl. 4. omnem

omnem animam de salutis necessitate. Atq; adeo hoc vno suā Catholicitatem Papistæ metiuntur, scilicet multitudine populorum. Bellarminus de Ecclesia militante libro 4.c.7. Nostro tempore Ecclesie Romanapreter Italianam & Hispaniam totam, prater Galliam, Germaniam, Angliam, Polonię, Bohemię, Hungarię, Graciam, Syriam, Aethiopiam, Aegyptum, in quibus multi inueniuntur Catholici, in ipso nouo orbe habet Ecclesias sine admissione hæreticorum, in omnibus quatuor partibus mundi, ad Orientem in Indiis, ad Occidentem in America: ad Septentrionem in Iaponia, ad Meridiem in Brasilia, & exteriore parte Africa. Vide Posnanienses de Ecclesia, thesi 24. Panigarollam Discept & alios multos. Erit igitur, non tantum Papa Apostata sed etiam Papismus Apostasia, sed hoc quantumcumque est regum populumque ei adhaerentium, abductum est à fide Christi.

VIII. Hoc igitur restat probandum, nimis difficultate discessisse à fide Christi: & quanquam hoc opera premium sit vniuersi huius nostri operis, quo disputant omnes controvrsiar, quas habent Catholicci cum Papistis: meritoque possim lectors coablegare, ut taceam tot viros magnos, ac, eum pietate, tum doctrina insignes, qui suis laudatissimis laboribus nobis faciem prætulerunt: à quibus, si non sunt detrectæ, demonstrataeque Romanistarum hæreses: tum certe nihil est, quod vnuquam cuiquam possit videri demonstratum. Tamen Synopsis hic quandam iuuat lectoribus obiicere, omnium capitum, in quibus sigillatim Scripturas violauit audacia Papistarum. Probationes vero petet diligens lector ex singularium controvrsiarum tractatione.

IX. Primus est locus communis de Canone Fidei: in quo non est vna Papistarum hæresis: primo Scripturam esse *autem eis* *vix* *revera* *autem*, id est, certam, exactamque regulam omnium, quæ ad Religionem pertinent. Secundo, Ecclesiam regulare Scripturas, non regulari à Scripturis: id est, Ecclesiam esse normam fidei. Tertio, Papam esse summum iudicem omnium controvrsiarum. Quartio, negant Scripturis autoritatem ullam esse, quoad nos, nisi precariam, gratisque concessam ab Ecclesia. Quinto, Ecclesiam posse nouos libros in canonem adscribere contendunt. Sexto, quosdam non canonicos ab initio addunt ad Canonem. Septimo, Scripturarum Canonem imperfectum esse, & continere minimam partem veritatis diuinis reuelatae. Octavo, traditiones, id est, dogmata fidei, quæ nullum habent in Scripturis fundamentum, & quæ fide amplectendas cum Scriptura, paremque cum ea autoritatem obtinere. Non, Scripturas plebi proponendas, vel legat, & meditetur, neque neccstarium, neque confitaneum, neque vtile: immo vero periculosum esse & noxiū. Decimo, Scripturas in vulgares linguis conuerti, vnam esse hæreson originem, qui que id faciant, male mereri de Religione Christiana. Undecimo, negant editionem Hebraicam, Veteris Testamenti, & Græcam Noui, esse authenticaem. Duodecimo, Græcam editionem Septuaginta Interpretum: & Latinam Hieronymi, esse volunt authenticam. Decimotertio, Scripturæ simul plures esse seb̄us, in iisdem verbis. Decimoquarto, Scripturas esse obscurissimas. Decimoquinto non esse omnium fidelium Scripturas interpretari, id est, Scripturarum sensum inquirere. Decimosexto, non esse certam Scripturæ interpretationem pertendat è Scriptura.

X. Secundus communis locus est de Deo, tum trino, cum incarnato. Hic Papistæ, negant primo Filium, & Spiritum Sanctum esse Deum *autem*. Secundo, Dei ullam esse in operibus malis *civiz*. Tertio, omnium rerum prouidentiam, certissimam esse atque immotam. Quarto, prædestinationem esse actum voluntatis diuinæ. Quinto, vlos esse prædestinatos ad damnationem. Sexto, animam Christi creuisse sapientia apud Deum & homines. Septimo, Christianam vlos pro nobis cruciatus passam, nisi ex compassionē sui corporis. Octavo, Christum esse mediatorē, quatenus est Deus incarnatus. Non, esse solum mediatorem. Decimo esse solum caput Ecclesie. Undecimo, solum Deum esse adorandum, & non tantum *deus* religiosam, sed etiam *deus* communicant quibusdam creaturis.

XI. Tertius locus communis de Homine. Hic negant primo, quicquid est contra legem Dei, esse peccatum. Secundo, Concupiscentiam esse peccatum. Tertio, omnia peccata esse perse mortalia. Quarto, virginem Mariam fuisse peccaticem. Quinto, Liberum hominis arbitrium in utramque partem assertum & que propendere. Sexto, Vitam æternam, meritis operum retribui. Septimo, non iustificari hominem sola fide. Octavo, fidem aliquam esse implicitam, id est, quæ nesciat quid credat. Non, fidem negant esse certam ascensionem. Decimo, assertum satisficeri posse pro peccatis, tum propriis meritis, tum alienis suffragiis. Undecimo, posse ab homine regenito hic posito, totam legem Dei impleri. Duodecimo, posse etiam prestatre opera supererogatoria, id est, quæ per Legem facere non teneatur. Decimotertio, post hanc vitam non statim ingredi omnes redemptos in vitam æternam; sed multo tempore cruciari in Purgatorio. Decimoquarto, olim Patres, ne plene quidem purgatos, admisso in Paradisum post mortem; sed inclusos in Limbo. Decimoquinto, Fidelium filios morientes ante Baptismum, non posse saluari, & detruendi in nescio quem locum, cui Limbo nomen datur.

XII. Quartus locus communis est, de Sacramentis. Hic primo, Sacramentis affingunt opus operatum. Secundo, Vetera Sacraenta inania salutis; utpote tantum promittentia iactant. Tertio, Sacramentorum numerum augent, sua propria autoritate, additis quinque. Quartio, Baptismum faciunt absolute necessarium ad salutem. Quinto, Baptizandi autoritatem, non viris tantum quibuslibet, sed etiam feminis concedunt, in casu, vt aiunt, necessitatis. Sexto, Baptismum infinitis ceremoniarum nudis onerarunt. Septimo, Baptismi effectum hunc docent, ut non tantum remittantur peccata, sed etiam omni nihil reliquat in homine, quod rationem peccati habeat. Octavo, Eucharistia ne nomen quidem relinquunt, quo significata est in Scriptura, nempe Cœna Domini. Non, signa auferunt ex Eucharistia, scilicet panem, & vinum. Decimo, Corpus Christi, realiter in infinitis locis constituunt. Undecimo, in Corpus Christi transubstantiari docent panem & vinum. Duodecimo, alterius speciei vsum Laicis eripiunt. Decimotertio, siquunt speciem panis esse communionem Sanguinis Christi, & calicem esse communionem Corporis, contra Paulum. Decimoprimo, communionem in Eu-

charistia celebranda, ut plurimum omittrunt: quia solus Sacerdos obliguit, reliquis tantum spectantibus. Decimo quinto, Sacramentum considerant etiam extra verum propriumque usum, ad quem fuit institutum. Decimo sexto, Sacramentum adorant. Decimo septimo, Corpus Christi oraliter, corporaliter, sensualiter comedunt & sanguinem bibi. Decimo octavo, eam communionem Corporis Christi quæ fit in Eucharistia, momentaneam faciunt, & metiuntur ex bonitate stomachi; cuius calore speciebus corrupti, dissoluuntur. Decimo nono, Corpus & Sanguinem Christi, non à fidelibus tantum, sed etiam ab infidelibus, & hypocritis; immo etiam à brutis, comedunt. Vigesimo, damnari aliquos, qui realiter communicantur Christo. Vigesimo primo, Missam ex opere operato esse Sacrificium pro peccatis. Vigesimo secundo, Missam celebrari pro mortuis.

¶ XIII. Quintus locus de Ecclesia. Primo, Ecclesiam Catholicam, semper esse visibilem. Secundo, eius notis non esse Verbum, & Sacraenta. Tertio, Ecclesiam Catholicam, esse Romanam, ab eaque reliquas *negantur*. Quarto, Ecclesiam visibilem non posse errare. Quinto, Ecclesiae autoritatem certiore esse autotitate Scripturæ. Hæc in genere: iam de partibus Ecclesie, nempe Laicis, & Clericis. Hic igitur Sexto docent Matrimonium esse opus carnis, & qui in carne sunt, non posse placere Deo. Septimo, ob adulterium, non soli coniugium. Octavo, Clericos saltem maiorum ordinum magis peccare contrahentes matrimonium, quam scortantes. Nono, Clericos non subesse autoritati Politice. Demodo, non esse eundem Episcopum & Presbyterium. Undecimo, Electionem Ministrorum non petinere ad plebem. Duodecimo, Electionem Episcoporum pendere à Romano Pontifice. Decimo tertio, ob fornicationem reminem deponendum. Decimo quarto, Reges non regnare, nisi ex voluntate Romani Episcopi. Decimo quinto, ius esse Romano Episcopo dare, auferre, transferre Regna. Decimo sexto, Christianos posse variis nominibus distinguiri, separarique in varias variarum religionum professiones. Decimo septimo, eas professiones esse statum perfectoris. Iam de exercitiis pietatis. Decimo octavo, Exercitia publica, facienda lingua incognita, puta vel Hebreæ, vel Græca, vel Latina, non autem aliqua vulgo cognita. Decimo nono, etiam exercitia priuata, sic fieri sanctus. Vigesimo, ieunia esse opera meritoria. Vigesimo primo, non quouis cibo, quoque tempore vitudine, propter Religionem. Vigesimo secundo, Festa multa rite dicari Sanctis. Vigesimo tertio, Tempora etiam nonden religiose consecrari. Vigesimo quarto, eodem rite, non tantum laudari, sed etiam inuocari.

XIV. Viden errorum quanta sit strues? Et tamen, non sum particulariter omnes exsequitur. Nam de quinque commentitis Sacramentis, nihil dixi: nihil de variis idolatriæ capitibus, nihil de Votis? nihil de Conciliis; nihil de suffragiis: nihil de variis articulis pertinentibus ad Papæ autoritatem. Denique, multa prætermisi: quæ si Deus dederit, poterunt in hac Controvrsiarum Bibliotheca tractari: & tamen vides, quantus factus cumulus. Nunquam tantus in illa hæresi: & hæreses tamen omnes ab Ecclesia pronunciarunt extores antiqui. Quid hodie dicamus de Papismo? Hoc sane possumus bona conscientia pronuntiare, in tota Christiana fide; vix quicquam esse sani, apud Papistas. Non quod omnia in uniuersum sic improbemus; ut quæcumque ab iis docentur, repudiemus: quod pertuerse factam à Trinitatis, & aliis forte nonnullis. Sed quod exiguis sit numerus eorum dogmatum, quæ non sunt peruersa: & quod hæc ipsa mirum in modum obscurata sint variis strophis, fragmentisque.

XV. Et quidem illud in primis notandum, quod non tantum de dogmatis peruersa tradant: sed etiam de ipso dogmatum Canone, magnam item mouent. Quo sit, ut desperatissima sit eorum salus. Nam, quemadmodum vix est, ut de vita hominis desperetur, dum vitales, nobilis que partes sanæ sunt: sic, si de principiis veris constet, haud temere speramus, eos, qui aberrarunt, in viam reducendos. At quod ad Papistas attinet; nisi omnia sciemus Deum posse; etiam quæ ne homo quidem potest cogitare, vix spem ullam de iis habeamus. Nam & hodie ita suo instituunt Iesuitæ, ut quum primum Scripturarum autoritate cum eis agis, statim obijciant; Et qui scis illam Scripturam esse. Verbum Dei? Quam vocem ab Ethnico ore profectam, nemo mireretur, et si exhortaret. Nam Ethnici olim Christianis negotium facerentur; cogentes idipsum probare. Sed à Christianis quis vnuquam audiuit? Non alius profecto, quam qui à Mathemacis suorum *etymologis*, infractionem: aut, *agnosco* *conversus* impugnationem.

XVI. Secundo obseruandum, impugnatis primum principiis, deinceps vix ullam esse partem Ecclesiasticæ doctrinæ, quam non aggrediantur; ut qui semel verecundia fines transgressus est, cum dñe nauteropportere esse impudentem. Trinitatis quidem locum haec tenet cum esse, qui magis quam reliqui, sanus mansevit. Ac sane nullam nobis quidem iniuria cum Papistis hac de re putabamus rixam futuram: & Lorichius Iesuita, in Fortalito fidei, quum de Deo agit: *Omissa*, inquit, hæres Trinitariorum nouorum, & iam olim à toto orbe Christiano damnata, & prestigata, ceteri horum temporum hæretici, nullam hæresim contra fidem Christianam deuinitatem, & Trinitatem Dei, & quæ eo pertinent, aperte profestuntur. Sed primum Sanctus, inde Genebrardus, postea Iesuitæ plurimi; tum Feuardentius, aliquis sine numero, & *re* *autem* *tragedias*, mirum quantas, excitarent: & dum in Caluino omnia rodere fatigant, se ipsos produnt nouos hæreticos; qui negent, eam essentiam, quæ Filius est (non persona, sed D & v s) esse a seipso: qua in re à Caluino nihil peccatum Bellarminus ingenue agnoscit; nisi forte quoad modum loquendi.

XVII. Sed reliquæ deinceps Christianitatis partes omnes, quæ plus, quæ minus, in ecclesia sunt. Non hominis corruptio illis non incurrit: non peccatum probe cognitum. Non instauratio, redemptioque non variis fucis illata: non media, quibus ea sit illibata: non denique, aut de mercere fidei, aut de pœnis peccatorum, quicquam est sani. Quid? quod ne disciplina quidem, aut singulorum fidelium priuatim, aut Ecclesie confertim, non aut corrupta est; aut pedibus conculcat: Romanum olim Romæ nescio quis quærebat: certe & Christianitatem in media Christianitas vix

## LIBER DECIMVSSEXTVS, CAP. VI.

Late vix quiquam poteras agnoscere: donec post tenebras, lucem Deus suam immisit in orbem.

XVIII. Itaque, quod ad doctrinam quidem attinet, nihil sane est causa, quoniam Episcopus Romanus agnoscatur ipsissimus Antichristus. Neque est, quod opponatur; præter pertinaciam illam, qua sit, ut singula capita tuerantur esse Catholica, & Orthodoxa: qui labor, ut dixi, perpetuus est huic nostræ Bibliothecæ, præterquam quod alij iam sunt eo laudatissime defuncti.

### CAPUT VI.

*Rationes Papistorum, contra Apostasiam.*

I. Nihil huc habebamus ab aduersariis: nihil si Ferrarius impotens sui, à nobis abisset exspectatus Dei iudicium. Is igitur variis pugnat argumentis, nullo modo prætermittendis. Et primo, nos queritur hanc Apostasiam ipsi Ecclesiæ imputare: cum tamen, & Scriptura, & Patres hanc in iis futuram describant, qui deserturi essent Ecclesiam, & discessi ab eius communione. Sed ille, nul nisi nugatur. Ecclesiæ enim, quo sensu nominatur? An formaliter, an vero materialiter? Nam si formaliter, ille vero ubi animum habuit, cum diceret nos Ecclesiæ acculatae defectionis? nunquam nos adeo mens bona deseruit: ut cum Apostasiam sciamus esse defectionem ab Ecclesiæ, ipsam Ecclesiæ dicamus à se ipsa discessisse: quod ne Chorœbus quidem caperet.

II. Sin autem Ecclesiæ intelligi materialiter; tum vero hunc Sophistam negem apud se fuisse. Neque enim cogitari potest villa Apostasiam, nisi Ecclesiæ materialiter nominata: id est, eorum qui erant Ecclesia: sive potius, dicebantur Ecclesia: quomodo negari non potest Ecclesiæ Orientis apostolasse à fide. Et falsum est, aut à Patribus, aut à Scriptura, vilium fuisse contra dictum descriptum Verbū. Nos igitur hoc sensu dicimus discessione factam, ut quæ Christianitas dicebatur, imo etiamnum dicitur, & dicit Ecclesia, discesserit à fide: viri Græcia adhuc Ecclesiæ dicuntur, & Christiani, qui tamen à fide dicuntur recessisse: quamquam longe propinquius, quam in Latio. Et hoc oppugnare Ferrarius debuit, aut tacere.

III. Sed disputat ille, Romanenses non esse reos huius Apostasiaz: non enim argumentis. Horum primum est: Antichristi Apostasiam supprimet omnes alias, & subiicit sibi conuersum orbem: neque vult eam via excita ex Italia, & erit omnium deterima. At nihil dum tale factum est. Ergo, neque Antichristus venit: neque Papistica Ecclesia rea est Apostasiam Antichristi. Probat maiorem per partes. Primam; quia omnes heres fuere præludia eius Apostasiam. Secundum; quia vniuersum orbem sibi Antichristus subiecturus est, & inceptratur populos vino sue scortanias. Tertiam, quia hæc persecutio Ecclesiæ postrema est futura. Quartam, tum quia hoc iniuriantis mysterium constet ex omnibus heresibus, adulteris diuinam, humanaque Christi naturam: ipsam etiam Dei naturam, præcipuaque Euangeliæ fundamenta: tum, quia ipsam Apostasiam oporteat esse ipso illo mysterio deteriorem, propterea quod malum in peius abeat in star Cæcina matis.

IV. Probat minorem, tum quia multæ sint hereses, etiam hodie, Ariorum, Nestorianorum, Eutychianorum, Iudæorum, Mahometanorum: neque villa omnium nomen extinxerit. Tum quia si Papismus esset Apostasiam Antichristi: Ergo Papistica fides esset omnium deterrima, quæ vñam fuerit.

V. Respondeo, in maiori esse quædam ambigua, quædam falsa. Primum supprimendas alias hereses, quo sensu dixit. Hereses ne lati nomine, profectis in genere quibuslibet: an hereses pro iis quæ Christianitas nomen retinent? Deinde supprimi, an absolute, ut omnino alias non existent? an comparete, ut, etiæ existent, tamen præ vna sint exiguæ momenti? Nam, hereses si dixit prima notione; negamus maiorem: aut quicquam esse prædictum, unde constet Antichristo regnante, nihil aut futurum in vniuerso orbe dissentiens ab eo: aut etiam non conferendum. Nam quod subiicit, hereses fuisse Antichristi præludia, de heresibus dictum suis secunda notione: non autem de omniis omnino opinionibus hominum circa religionem. Sin autem hereses hac secunda notione intelligit; & supprimi, pro non extare, rufus negamus maiorem, fuerint sane hereses præludia Antichristi: sed, Antichristo regnante non debere propterea extare, nulla necessitate argumentum conseretur. Nam & Papista agnoscunt in Oriente varias hereses Ariorum, Nestorianorum, Eutychianorum fuisse Mahometisni præludia, & tamen has ipsas Ferrarius agnoscit etiamnum extare, cum Mahometisni. Quod si supprimendas dicat comparete; etiæ ne hic quidem villa sit necessitas, tamen à nobis potest admitti, & sane verum est; præ Papistam Apostasiam, alias omnes hereses, quæ retineat Christianitatis nomen, esse penitus nihil, ac vix nominari. Itaque, nullum hunc impedimentum, quominus Papa sit Antichristus.

VI. Antichristum sibi subiecturum vniuersum orbem, nos negamus esse prædictum, sed fessurum in templo Dei: vnde sequitur, futurum, ut non porrigit se latius, quam Christianitatis nomen patet. Concedimus inceptratur populos vino suo, sed omnes, non dicit Scriptura. Ut autem inceperit populos, fatus est, dum multis. Et ita factum constat. Ut ne hinc quidem ullam sit argumento nostro obstaculum.

VII. Post Antichristi heresim, nullam aliam excitandam, non dixit Scriptura. Quanquam id dupliciter intelligi queat. Nempe post Antichristum; id est, post destructum Antichristum. Et hoc possumus concedere: quia ea destrutio futura sic sub finem mundi: ideoque, nondum impleta, vnde nihil ad rem. Vel post Antichristum, id est, post exortatum eius heresim, sive Apostasiam. Et hoc nos negamus vñquam prædictum. Nam quod constat, futurum Antichristi persecutionem postremam, aliud est longe, non enim omnes hereses persequuntur Ecclesiæ. Quia persecutio significat vim externam, & tyrannidem, non autem *intra* recommendationem. Deinde, etiam si perseverentur, nihil obstat, dummodo ne post delicitam

Antichristi tyrannidem. Nam, si antequam Antichristus definit persequi illæ cessarent; etiam si antea essent persequitur, tamen Antichristi persequitio non minus esset postrema.

VIII. Futuram Antichristi Apostasiam omnium deterrimam, non dicit Scriptura: sed tantum iis descripsit notis; quibus describi potest quæcunque deterrima. Itaque, etiæ concedatur Turcismus esse non minus detestandus; tamen, non propterea Papa definet esse Antichristus. Neque verum, fore ut constet Antchristianismus ex omnibus hæresibus. Qui enim possit, quum hæc tollant se mutuo? Itaque, satis si quibusdam, si multis. Et ita factum: nam & præcipua Euangeliæ fundamenta dicimus conuelli in Papismo; & probamus toto hoc opere satis prolixe.

IX. Ad minoris confirmationem, eamque partem quæ ponit multæ hæreses extare, aut nullam omnium aliarum nomen extinxisse; non est necesse nouum quid opponere. Sed in reliquis festiis est ille sane; qui, quod opponit tanquam absurdum, nullo arguento probet esse absurdum. Quid enim? an ille putavit tam certum esse, quam meridie solem lucere, Papismum non esse deterrimam Apostasiam? Aut si credidit, ambiguum, imo si sciuit asserti; cur tam nullus hac parte? Placeat ille sibi in sua Apostasiam: at non se ei ira mentem excœavit, alij propterea sunt talpæ.

X. Secundum Argumentum, puerilis est declamatio. Si Papismus est Apostasiam Antichristi: Ergo, nullum erat Verbi ministerium, nulla administration Sacramentorum, nulla Pastorum legitima vocatio.

XI. Sed Catholicæ negant consequiam. Et sciunt posse illa omnia extare in media hæresi; & inter Apostatas. Quod si nostri negare incipiunt Apostatas, cui Ferrarius, cur eius Meccenas Jacobus Dauius, nunc Cardinalis, non renunciarunt Baptismo apud nos (quos iste disputat Apostasiam & hæreses) accepto; & non iussuerunt se denuo tingi? Illi viderint. Author operis imperfecti, in Matthæum homilia 49. *Omnia hæc, quæ sunt propriæ Christi in veritate, habent & hæreses illa in sebismate: similiter Ecclesiæ, similiter & ipsas Scripturas diuinæ: similiter Episcopos, ceterosque ordines Clericorum: similiter Baptizmū: similiter Eucharistiam, & cetera omnia: denique, ipsum Christum.*

XII. Tertium Argumentum. Eius Apostasiaz, vel autor est Papa; vel non est. Si prius, ergo Papæ autoritas eadem quæ nunc est, fuit ante annos mille ducentos, in Ecclesiæ Catholicæ vniuersam, supra Patriarchas, & Concilia, vniuersumque orbem: hoc probatur ex eo, quod efficerit, ut omnes suam doctrinam admitterent, contra quam aduersarij dispergunt. Rursum, si Papa eius Apostasiam est autor: illa igitur non est Antichristi. Ratio consequientia, quia non fuerit eo prior, contra quam aduersarij censeant. Quod si non sit ab eo, sed à præcis seculis, & à Communione vniuersæ Ecclesiæ ad Orientem, Occidentem, & Meridiem. Ergo, esset hæc Apostasiam Ecclesiæ præcis, non Ecclesiæ Romanæ.

XIII. Respondeo, ridiculum esse dilemma, cuius pars vna questionis sit inutilis: non enim concludit Papam non esse Antichristum, sed duntur eius autoritatem esse à multo tempore. Secundo, huius ipsius partis consequentia est inepta: necratio fauerit, quia potuit alius attributus orbem pellicere, non autoritate: quomodo Ariana hæresis longe lateque peragata est. Quanquam ne illud quidem verum: effecisse, ut omnes admittent suam doctrinam: sed tantum qui ad Occidentem, ac ne illi quidem omnes. Secunda consequentia est etiam importuna. Nam quid illud est quæsto: Si non fuit prior Antichristo Apostasiam, Ergo non futuram Antichristi? Imo hoc magis illius futura esset, si esset posterior, & ab eo autor.

XIV. Sed nos, primo, distinguimus ipsam Apostasiam, ab Apostasiaz doctinibus. Et hæc oportere negamus omnia ab eo esse: sed posse ab aliis inuenta ab eo assumi in usus suis: quomodo Mahometes assumptissime dicitur à variis sectis ante se, varia placita: & usus esse pro suis. Et ita agnoscent quicunque Antichristi fuisse præludia dicunt hæreses variæ: siue, ut loquitur Ferrarius, recepisse in se Antichristum omnes hæreses, quomodo Oceanum omnia flumina. Deinde, Apostasiam concipimus, ipsam discessione, iam ut aiunt, formatam: & Antichristi dicimus esse, quomodo regnum est regis: nempe, quod is ei præsideat suo summi jure: siue ille instituerit, siue aliunde accepit. Neque aliter Scriptura describit Antichristum. Itaque, nullam caussam esse, quomodo Papæ Romani hæc esse dicamus Apostasiam, cui illum præsidere scimus, & videmus, tanquam suæ: & adeo suæ, ut suo de nomine non indigneatur appellari: nam & Romanam vocat Ecclesiæ: nec Papistas minus audit.

XV. Sed omnino ridicule illud: Si non sit ab Episcopo Romano Apostasiam: sed à præcis seculis, & à communione vniuersæ Ecclesiæ. Quasi vero hæreses opponerentur: adeo ut neceſſe sit. Si non sit à Papa, esse à præcis seculis: esse à communione vniuersæ Ecclesiæ. At vero hæc nos negamus, & dicimus posse neutrum, posse optime constare. Videlicet & discessiones erant ante Papæ tyrannidem formatam; quibus abusus est: & non erant tamen à præcis seculis, minime autem omnium à communione vniuersæ Ecclesiæ.

XVI. Quartum Argumentum: Si hæc Apostasiam iam accidisset, & pertineret ad Ecclesiæ Romanam. Ergo Ecclesiæ Catholicæ iam duodecim secula nulli fuisse. At hoc absurdum. Ergo & illud. Probatur consequentia: quia dicitur hæc Apostasiam esse vniuersalis à Caluino, Beza, Piscatore Vigniero, Iacobo Rege Britanniæ, Molinæ, & alii. Probatur assumptum, autoritate McLanchthonis, Confessionis Helveticæ, Anglicæ, Belgicæ, Augustinæ, Saxoniciæ, Virtembergensis.

XVII. Respondeo, negari consequiam. Re vera etiam constat, & pro articulo fidei tenendum, Ecclesiæ Catholicæ nunquam interire. Hoc enim nomen, Ecclesiæ significat formaliter, hoc est, qua Ecclesia est; ut prolixius dictum sumus suo loco, si Deus nos eo viisque peruenire concesserit. At Ecclesiæ petire, alterutrum significat, vel eis aliquando, cum nullos habeat Deus electos: vel cum cum hi electi sicut reprobri. At, verumque est impossibile, propter certitudinem diuinæ electionis, & misericordiæ.

XVIII. Ad probationem consequentia; Vniuersalem dici Apostasiam, non absolute, sed comparate: nimirum, ut innuantur dissimilis reliquis Apostasis, quæ inuaserunt membra quædam ligillatim, hac illac: cum hæc totum ipsam corpus tenet, non in Oriente tantum, sed simul in Occidente, & Meridie: et si alioquin sui remaneant Deo electi, & certi, & cogniti. Hoc autem modo non sequitur ipsam Ecclesiam Catholicam extinctumiri: sed tantum particulares, quæ pertinebant ad Ecclesiam Catholicam; id est, eos homines, ex quibus constabant Ecclesiae Christiane. Itaque, Caluinus, cuius nomine ille abutitur diserte, Apostasiam vocat Paulus, perfidiam à Deo defectionem: nec eam unius hominis, vel paucorum; sed qua longe, lateque in maiore hominum multisitudine gressetur: nam cum Apostasia sine adiunctione nominatur, non potest restringi ad paucos. Nam non alijs possunt intelligi Apostatae, quam qui prius nomen Christo, & Evangelio dederunt. Pradiciter ergo Paulus generalem quandam visibilis Ecclesiae defectionem. Neq; est reliquorum mensalia.

XIX. Quintum Argumentum. Papa non est Caput Turcarum: Ergo nihil ad eum hæc Apostasia Antichristi. Probatur consequentia. Quia ea dicitur Apostasia vniuersalis: at talis esse non potest, nisi Turcas sub se comprehendat. Ratio: Quia Paulus vnam Apostasiam nominat, non duas: & talem cui nihil sit oppositum, præter Ecclesiam Catholicam.

X. Respondeo, negari consequentiam. Quia Turcismus non pertinet ad Apostasiam Antichristi: propterea quod Mahometes, id est, Ecclesia, titulos atq; argumenta Diuinæ præsentia iactante, non sedeat in Templo Dei; quod diserte de Antichristo pronuntiatur De vniuersali Apostasia, quod obiicitur, satisfactum est De oppositione nihil difficilius. Opposita dicuntur, vel tanquam vera falsis: vel tanquam falsa falsis. Si primo sensu, asserimus nihil esse oppositum Papismo, præter Ecclesiam Catholicam; in qua sola veritas est doctrina. Si secundo: negamus vñquam prædictam, nihil futurum Antichristo oppositum, præter Ecclesiam Catholicam.

XI. Sextum Argumentum. Si facta esset Apostasia Antichristi. Ergo constaret eius initium. At non constat. Ergo non est facta. Probatur assumptum: quia alii aliud tempus assignant. Nam Caluinus & Beza, Antichristum personaliter iam extitisse volunt Apostolorum tempore: alij, cœpsisse sub Constantino Magno: Lutherus, post annum ab incarnatione millesimum: alij arcessunt ab anno sexcentesimo sexagesimo sexto. Probatur consequentia. Quia necesse est ostendia aliquam in mundo tum fuisse Ecclesiam.

XII. Respondeo, negari consequentiam. Non est enim verum, ea non exstare, quorum indicare certum initium nemo potest hominum. Et indicari solet, earum rerum, quæ ab ipso sui initio manifestè produnt se, at, quæ paulatim emergunt; eorum non solent primordia esse in numerato. Sic linguarum mutationem omnes cognoscimus; qui tamen non possumus notare, exempli gratia, quando primum degenerauit lingua Latina in Italica hodiernam. Eiusmodi sunt exempla infinita. Iam vero Antichristi primordia obscura, & incognita, describit Scriptura, tum vocabulo mysterii, & quidem, quod iam tum peragefetur Apostolorum tempore: tum emblemate exigui cornu crescentis inter reliqua cornua. Sic olim Esaias, cap. i. clamabat, Quomodo facta est meretrix Civitas fidelis, plena iudicij, iustitia habuit in ea, nunc autem homicida. Sic Sodomitarum, & Gomorrorum descriptis Mosæ ultimum gradum nequit, tacuit initia. Neque opus est omnia conquiri. Itaque extremæ est importunitatis, ne impudentiam dicam, nolle præsentia agnoscere, quia præterita non omnia habentur cognita. Omnino hæc erat Ethnicorum plororumque ratiocinatio; nullum uisse mundo initium: quia primum eius diem nemo poterat assignare.

XIII. De Caluino & Beza manifestarium mendacium est: nam illi nunquam docuerunt personaliter Antichristum extitisse Apostolorum tempore: Sciebant enim illi & explicabant, quid illud esset, quod mysteriū nomine Paulus significabat. Reliquos item falsum assignare voluisse tempus apostasia: sed tantum revelauit Antichristi: quod ab Apostasia tempore manifeste Spiritus discreuit. Hanc igitur manifestationem varij varie designarunt, prout varij varie obseruarunt autoritates, & dominationis progressus. Quomodo Galicum regnum, sunt qui à Pharamundo repeatant: sunt qui arcessant altius: nec tamen cuiquam dictum, ob eam initij incertitudinem, nullam esse Gallorum monachiam.

XIV. Sed oportuit, inquit, demonstrari tum fuisse aliquam Ecclesiam. Ridicule: tum fuisse, inquit, non simpliciter fuisse, sed tum fuisse. Atqui hoc non potest, quoniam demonstratur ipsum illud tum cum cœpit apostasia. Itaque hoc ipsum negamus. Et quomodo ad agnoscendam Italicae linguae corruptionem, sufficit docere ante hanc quæ in vsu est fuisse aliquam longe diversam. Et quomodo Esaias satis habuit dicere in ciuitate sancta olim fuisse iustitiam; post autem latrones, ut ostenderet immanem esse mutationem factam. Ita omnino sufficit comparare hodierna Papalissima tempora, temporibus pectorum Christianitatis; ut demonstratio sit firmissima, magnam factam esse apostasiam; nec vlla arte excusandam.

XV. Septimum Argumentum. Apostasia. Antichristi, nec desinet ante aduentum Christi, & à suis initis crescat semper ad usque mundi finem, cum futurum, cum ipsa vigebit maxime. At qui Papam dicunt esse Antichristum; docent ab aduentu Lutheri esse confectum; non estigunt Papismus Apostasia Antichristi.

XVI. Respondeo, implicari quæ distinguenda sunt. Pauli verba sunt, Quem Dominus conficeret spiritu ori sui: & illi si sui aduentu abolebit. Duo vides distincta: confidere, & abolere: & istud assignatum illustri aduentu. Itaque, sensus est, Antichristi ruinam futuram quidem sub finem mundi: sed per gradus, non autem uno momento. Tius ergo confidendum spiritu ori, id est, prædicatione verbi, curia efficacia sit lethaliter vulnerandus: sed denique prosuersus abolendum, ultimo illo aduentu. Itaque nos credimus tyrannidi papistica finem postremum nullum futurum ante postremum diem. Vnde concepta verba articuli Galicæ confessionis; Expectamusque, dum Dominus, prout promisit, ac iam cœpit, conficiens eum spiritu ori sui, tandem illustri aduentu suo abolesse. Quæ non potuit ignorare Ferrarius.

XVII. Itaque, conceditur Argumenti pars prior, non descuram an-

te aduentum Christi apostasiam: nam miseri, non est desinere. Etsi ergo à tempore Lutheri valde imminuta tyrannis est Romani Pontificis, tamen non eo minus est Antichristus. Altera autem negatur. Nam qui confidens est antequam abolendus, & abolendus ipso illo aduentu: non poterit maxime vige, cum erit aduentus ille. Nā ēx Kēs Inns.

XVIII. Octauum Argumentum. Antichristi Apostasia erit omnipotens defectio à fide, abnegatio publica Christianismi, atque alterius cuiuslibet religionis, excepta illa ipsa Antichristi. At eiusmodi abnegatio nulla est in Papismo. Ergo neque Antichristi Apostasia. Probatur maior: quia excollet se super omne quod dicitur Deus, & numen: præ se feret esse Deum: posterioris ad Thessal. 2. negabit Patrem, negabit filium venisse in carnem, primæ Ioannis 2. profitebitur se esse Christum, negabit Dominum, Matthæi 24. Probatur, tum quia nunquam Papista negarunt Patrem, nunquam negarunt Christum venisse in carnem: nunquam negarunt verum Deum; nunquam Dominum. Tum quia ipsi qui discesserunt à Papismo, fatentur in eo esse reliquias & rudera Ecclesie: tum denique consentiunt olim illustrem fuisse, pietate & doctrina, Ecclesiam Romanam Augustini tempore, teste Vigilio. Atqui nihil illa nunc credit, quod tum non crederet: quod quidem absolute sit ad salutem necessarium.

XIX. Negatur maior. Contra enim Antichristus non prædicatur ita, ut abolere debeat, aut omnem religionem excepta sua, aut etiam nomem Christianæ: imo contra, sessurus in templo Dei, id est, Ecclesia Christiana: in media ergo Ecclesia Christiana exercitatur tyrannidem suam; coque nomine fucatus detestandam suam apostasiam. Probationes quid possint examinabimus, libro proximo. Nihil igitur mirum, si nec Papista Patrem negant, aut Filium, & nostri agnoscent esse in medio Papatu reliquias Ecclesie.

XX. Postremum argumentum. Si Apostasia illa iam accidisset, ergo defecisset Ecclesia Catholica. At hæc nunquam debet deficere. Ergo nondum illa venit Apostasia. Probatur assumptum, quia prædictum est regnum Christi æternum.

XXI. Respondeo, ineptissimum esse Argumentum. Debuit enim concludi: Si Apostasia illa aliquando futura esset; ergo deficeret Ecclesia: at Ecclesia nunquam deficit; quia est regnum æternum. Ergo Apostasia illa nunquam est futura. Patet consequentia, quia nunquam deficere, non magis excludit præteritum, quam futurum. Et qui mūdum tuentur esse æternum; non tantum negant habuisse initium, sed etiam finem. Arqui conclusio est impia; quia contra disertam scripturam: quæ certo prædixit illam Apostasiam futuram. Oportet igitur propositionis consequentiam non esse necessariam. Nos ergo concedimus Ecclesiam Catholicam nunquam defuisse, nunquam esse defuturam. Sed negamus, & que tamē Apostasiæ nondum venisse, vel nunquam venturam. Nam hæc æternitas non magis præteritæ defectioni opponitur, quam futuræ. Quid igitur? Nempe non tum deficit Ecclesia Catholica, cum videtur defecisse: quia, Nouis Dominus qui sunt sui. Apostasia autem non ipsius est Ecclesia, sed eorum qui videbantur in ea esse.

XXII. Imo, inquit, Ecclesia æterna intelligitur ea, in qua sunt peccatores. Et probat ex posterioris Samuelis, c. 7. Stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagiis filiorum hominum misericordiam autem meam non auferam ab eo.

XXIII. Imo, quis vñquam hominem vident tam nullius cerebri? Nam quis negat peccatores pertinere ad Ecclesiam Catholicam? Nisi forte solo Angelos, aut spiritus beatos eo comprehendat nomine. Sed nos non nescimus, quoscunque fideles dum sunt in via, esse peccatores: & tamen pertinere ad Ecclesiam Catholicam. Sed nihil ad argumentum, neque enim peccatores omnes sunt Apostatae, et si omnes Apostatae sint peccatores.

## C A P V T VII.

### De mysterio iniquitatis.

I. Eiusmodi ergo est doctrina Antichristi, eiusmodi doctrina Papæ. Nunc, eam doctrinam docendi, rationem gemipam Scriptura indicat. Primam Paulus; alteram Ioannes. Paulus, Iam peragitur mysterium iniquitatis. Et post, Cuius aduentus ei ex efficacia Satana, cum omni potentia, & signis, ac prodigiis mendacibus: & cum omni fraude iniustitia, in iis qui pereunt: pro eo quod amorem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Propterea igitur mittet illis Deus efficaciam deceptionis, ut credant mendacio. Vbi tria notanda, & quod iam tunc peragi dicatur mysterium iniquitatis, & quod de fraude iniustitia dicitur ac efficacia deceptionis: & denique, quod de potentia, signis, ac prodigiis.

II. Quod attinet ad primum: mysterium quidem esse rem arcanam, quæ non percipiatur ab omnibus, conceditur. Sed quid Paulus intellexerit, quum dixit iam suo tempore ἐν τοῖς ἀποστολοῖς, γενινα ἐστι θεοῦ, certe Syrus interpres reddidit, Mysterium iniquitatem incipit efficax esse. Turrianus pro Epistolis, lib. 4. c. 5. fides, διάβολος ἐργάζεται, id est, inquit, quæ per dilectionem viget, & exerceatur, sicut corpus veget & exercetur per animam. Tum autem præcedit, Quid obstat nostis, ut is suo tempore retegatur. Et statim sequitur: tantum qui nunc obstat, ut quæcumque in medio sublatuſ færet. Quæ perinde sunt, ac si dicitur, iam cum quasi conatus eum hominem perditionis erumpere in lucem: verum detinere iis obstat. Itaque illud ἐν τοῖς ἀποστολοῖς, non videtur alio commode referri posse, quam ad eos conatus crumpendi in lucem. Et quidem confirmatur hac phras: tantum, ut quatenet, tenet: nam hæc tantum non clamat, hoc vnum saltum obstat, quominus iij conatus crumpant. Quod omnino frigidum.

## LIBER DECIMVSSEX TUS, CAP. VII.

337

gidum est si nō p̄us h̄eorty pum intelligas. Nam etsi Antiochus ille Epiphanes, ab omnibus concedatur fuisse typus Antichristi: tamen non tantum obstar, dum reuelaretur: quod multis post seculis demum erat futurum. Nam Caecilius distractio legentis: nam mysterium iam operatur iniquitatis tantum: ut qui tenet, nunc teneat; audacior est, quam verisimilior, & in Latinis interpretis contextu non nihil habeat plausibile, tamen in Graeco ferri nequit.

III. Ergo alii aliter sunt interpretati: quod ipse Antichristus (inquit Ganzus) qui futurus est mysterium iniquitatis, iam operatur. Et, ut Graci dicunt, cōz̄r̄t̄, id est, vir suam profert, & exferit in suis similibus, & procurribus hereticis, & seductoribus. Olim Theodoretus, Ego existimo Apostolum significare hereses qua exhorta sunt. Per illas enim multis à veritate abductis, preparat diabolus exitum deceptionis. Hieronymus, siis autor est eorum commentariorum, Mysterium operatur. In his qui falsis doctrinis eius, prauis faciunt iter, quos beatissimus Ioannes in mundum dicit exisse. Sedulus, Antichristus per sua membra agit: ut Ioannes dicit, Multi Antichristi facti sunt. In his ergo mysterium iniquitatis operatur, qui falsis doctrinis, eius peruum faciunt iter, quos beatissimus Ioannes in mundum dixit exisse. Et haec quidem expositione in ipso textu nihil habet prius, quod dissentiat; imo non apte quadrat. Etiam olim autor operis imperfecti in Matthaeum, homilia 49, dicit, Exertus Antichristi, sunt omnes heres.

IV. Porro hinc duas notæ elicuntur. Primo enim indicat Paulus, Antichristum non subito aliunde emersurum tanquam fungum, sed paulatim promouendum; nec nisi post aliquod elapsa secula perficiendum: sic tamen, ut eius consociatur negotium, etiam nondum existentis. Nam id haud aliter esse potest, quandoquidem iam suo tempore Paulus testetur eius mysterium peragi. Certe enim, tum nondum prodierat Antichristus, nec erat proditur ante dissolutionem Imperij Romani: haec autem dissolutione, quatuor post seculis demum coepit, aut paulo post. Itaque tanto tempore peractum est id mysterium.

V. Atque haec nota in Mahumete (quem quidem pro Antichristo obtrudunt) nulla est. Nam venit ille quidem circa seculum sextum, aut septimum. Sed ita ut nullum eius mysterium praecesseret: iam inde ab Apostolis dici quod nonne quidem ante eum natum anno proximo. At Romanæ Tyrantidis progressus, qui non obseruat in historia Ecclesiastica; hunc ego talpa cæciorem dixerim, & merito. Docebo aliquot experimentis. Nam omnia complecti nimis longum foret. Et docti paucis erunt contenti: tum quia ipsi reliqui addent facile: tum quia hic etiam illud valet, Et crimen ab uno disce omnes. Agam de Imaginibus, de Communione unius speciei, de autoritate Episcopi Romani, de Monachatu.

VI. Primo Christianæ Ecclesia seculo, de imaginibus merum silentium inter fideles: adeo que ne ipsi quidem Papistæ quicquam inde pro se citant, ne ex secundo quidem. Denique tertio, apud Tertullianum inueniuntur Passio effigiem portantis otium errantem, sed in calice formatam. Hinc ad Constantium defiliunt; à quo primum crux facta; noui tamen in templo villo, sed in labaro, & galeo. Post, Mieronymi tempore Ephiphanius offendit alicubi velum pendens in Ecclesia, in quo erat hominis effigies, & discidit, ut indignum Christianitate. Non ita multo post, Paulinus Nolanus, suam Ecclesiam exornauit picturis historias representantibus Veteris Testamenti. Augustinus meminit Apostolorum alicubi ad parietes depictorum. Deinceps ergo increbruit usus, & quæ cœptum cui bono. Itaque, Gregorius seculo Serenus Massiliæ, cum videret degeneratum in idolatriam, confregit imagines: quod non probavit Gregorius: qui retinendas dicebat, ad usum historicum, non ad adorationem. Denique Nicæna Synodus secunda, non tantum retinendas, sed etiam adorandas definitiuit, cui sese opfuit quidem Synodus magna, apud Occidentem Francofurti, sed frustra. Atque ita, qui primo nullus erat, paulatim irrepsit, inveniuit, obtinuit usus imaginum apud Christianos.

VII. Altera specie diminutam communionem Eucharistiae, qui hodie vehementissime tenuuntur, eius initia quærunt hinc inde in levissimis obscurissimisque vestigijs: Christum in Emmaus, post panem distributum disparuisse obseruant, Paulum in naui tantum panem edendum proposuisse. Nullum tamen, aut præceptum, aut publici cœtus exemplum habent: imo ne illius quidem omnino: nam in his locis certum est nullam esse Eucharistiae celebrationem. Et contra disertissima præcepta sunt, tum apud Euangeliistas, tum apud Paulum, luculentissima etiam exempla deinceps sequentæ Ecclesiae. Itaque misere quodlibet, vel tenuissimum indicium, quasi ex flammarapiunt. Et tertio seculo Serapioni datam Eucharistie particulam intinam. Ex Cypriano, mulierem quandam Domini sanctum habentem in arca. Ex Basilio, Monachos communionem domi seruantes, & deficiente sacerdote a seipisis communicantes. Ex Ambrosio, Satyrum naufragum sudario Sacramentum inuoluentem. Ex Euagrio, pueros consumentes reliquias immaculati corporis. Et quædam similiter minuta singulis ætibus quanta possunt curiositate, rimantur. Quæ etsi diminutæ communionis effente exempla, tamen, tam pauca, tam p. iuata, non debuerunt opponi tam multis, tam publicis, quæ contra, continua, perpetua, solennisque Ecclesia consuetudo sufficit. Et tamq; ita factum nescio quomodo, ut tandem Thomas Aquinas in 6. Ioan. notet, quum olim omnes communicarent variæ speciæ, suo tamen tempore paucas aliquot Ecclesiæ eum morem tenuisse. Denique, in Concilio Constantiensi, haec diminutionis consuetudo dicta est laudabilis, & approbat; exinde facta solennis.

VIII. Autoritas Episcopi Romani, quam tenuibus ab initiis profecta est? Certe, quum in Scriptura non pauci nominentur Ecclesiæ pastores, tamen hius mentio nulla est. Haec inquam, super quo, tanquam fundamento, totam volunt Ecclesiæ inniti: nam Petrum quidem sacerdotem audias nominatum, verum semper Apostolum; nunquam Episcopum, multo minus Episcopum Romanum, multo minus Occumenicum: deinceps tamen innovuit orbi Ecclesia Romana, innovuit eius etiam Episcopus, quomodo & aliarum. Verum delatum ei non nihil honoris, sive ad dignitatem urbis, sive ob virorum sanctitatem. Mediocriter tamen, & ut alii plurimi. Tandem coepit inter Patriarchas numerari, quorun ne nomen quidem auditum ab initio: & inseruit se in eundem numerum Constantiopolitanus. Exinde ambitiosa contentio miscuit omnia, eaque tantum

profectum, vt, qui prius reliquorum Episcoporum frater & collega audiebat, Episcopus Occumenicus, Episcopus Episcoporum, Caput Ecclesiæ dicceretur. Multum iam vides promotum, sed tamen continebat se adhuc ambitione intra Ecclesiam, & erant Episcopi Romani subiecti autoritati Imperatoris. Sed & hoc tandem repagulum effractum; & qui se tantum dicebat Episcopum Episcoporum, nunc etiam ostentat regem regum, usurpato virtuose gladio, & qui à Constantio, audiuit, nostram urbem, id est, Romanam, quam suam dicebat Imperator; postmodum hanc sibi totam arrogavit; & patienter audit à suis afflatis, nos regnare reges, nisi quantum ipse permittit.

X. Quid de Monachatu dicam? Circa tempora Constantini obseruantur Eremitæ vitaæ autores, Paulus, & hunc sequutus Antonius. Neque ante illa tempora Christiani Eremitarum nomen inaudierant: inde paulatim auctor est ordo, in quem sese coniiciebant viri magui nominis. Is mos ad Orientem inuauit. In Occidentem vero, Benedictus primus induxit: inde sequiurus Franciseus; aliique innumerari, adeo ut tot fere numerus istius superstitionis homines inter Christianos, quotlibet. Imo factum, ut quum olim & Eremitæ, & Monachi, diversa tantum essent nomina; nunc sint ordines diversi. Imo, qui Monachi saltu sylvas incolerent, nunc urbes opulentissimas implacent. Et qui inter laicos numerabantur; nunc tertiam partem Christianorum faciant, quæ prius erant tantum duæ Laicorum, & Clericorum. Denique, ut qui sibi viuebant, abditi, & in otio nunc precipua sunt columnæ Ecclesiæ Romanæ.

X. Quid si inquiram in Transubstantiationis historiam? Et Sacrifici pro viuis ac mortuis? Et inuocationis Sanctorum? Et operum meriti? Et Purgatori? Et Indulgientiarum? Et Cœlibatus? Et multorum aliorum? Iliada conficiam. Atque adeo ita est: Nemo repente fuit turpissimus. Non statim desilitur à bonis initis ad malum finem, sed per gradus peditentim descenditur. Non portat Roma, cuius fidem laudavit Paulus, cui sine dubio tota erat tradita fidei doctrina; paucò annorum spacio in abyssum corruptionis præcipitari, sensim ergo deducenda est. Hinc mysterium. At non sic Ecclesia Christiana: Ecclesia, in quam, Catholica, quæ statim ab initio sua omnia dogmata habuit. Sibique hunc profectum operabit; qui vere profectus esset, non permutatio; ut Lyrinensis utr verbis, Crescat enim oportet, & multum, vehementerque proficiat, tam singularum, quam omnium: tam unius hominis, quam totius Ecclesiæ etatuum, ac seculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia: sed in suo duntaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia. Christianæ Ecclesia sedula, & causa depositorum apud se dogmatum custos, nihil in his unquam permittat, nihil minuit, nihil adiit; non amputat necessaria; non apponit superflua, non amittit sua, non usurpat aliena. Enimvero, quis non ingentem permutationem factam videat dogmatum in Ecclesia Romana? Aut quis potest tueri idem dogma esse eorum, qui omnibus calicem administrabant, aequo ac panem: eorumque, qui calicem nulli laicorum? Certe (vt dixi) Thomas mutationem agnouit, in sextum Ioannis, lectione septima, Secundum antiquam Ecclesiæ consuetudinem, omnes sicut comunicabant corpori; ita communicabant & sanguini. Quanto melius antiquam dixisset, quana antiquam? Nam, reuera, antiquata est apud Papistas. Quid Gregorius, qui tamen longe distabat ab initio; nonne probabat imagines non adorari? At deinceps disertæ adorandas, definitum est. Ergo inquam, non profectus est, sed permutatio.

XI. Verum nihil illustrius, insana illa infinitarum ceremoniarum congerie: quam à minimis initis, in tantam mole excrevissè, ipsi credo mirantur, qui adorant. Augustinus, Epistola 18. & 19. testatur Deum ieiuniū iugo nos subdidisse, & sarcinæ leui: id est, voluisse religionem esse paucissimis, & manifestissimis celebrationum Sacramentis liberam: idque ipsum non bene contentire cum ceremoniarum multitudine, ab Episcopis institutarum; quiamvis non esset contra fidem. Hæ autem in Papatu, & quam multiplices sint, & quanta cum severitate exigantur, quis non videt? Certe, non tam iure de suo seculo conquerebatur Augustinus, quam de suo possunt iampridem Papistæ, quia multa quæ in diuinis libris saluberrima præcepta sunt, minus curantur, & tam multis præsumptionibus plena sunt omnia, ut grauius corpiatur, qui per quadraginta larium comedent: quam qui mentem vincolentia lepilirent. Historiam autem quicunque attigit, vidit, non simul & semel omnes inuasisse Ecclesiæ, sed variis autoribus, variis temporibus institutas. Et quidem Episcopos Romanos maxime in id incubuisse studium.

XII. Apostoli ieiuniorum leges nullas tradiderunt. Montanus postea, r̄nḡ cōḡn̄t̄; ieiuniū leges sanxit, inquit Apollonius apud Eusebium, historia libro 5. capit. 17. sed Catholicæ libertatem suam conseruarunt aliquandiu. Irenus apud Eusebium, libro 5. capit. 25. Quidam unum diem se ieiunare oportere existimat: alij duos, non pauci plures, multi quadraginta, atque diurnis, nocturnisque horis, numeratis omnibus, diem suum metuntur, ac statuant. Atque huiusmodi eorum qui h̄c obseruant ieiunia, varietas ac discepititia, non iam nostra etate cœpta est: verum etiam longe ante, apud maiores nostros: qui, ut conieitura assequilicer, non accurate consuetudinem eorum, qui vel simplicitate quadam, vel priuata autoritate aliquid in posterum tempus statuissent, obseruarent. Socrates, libro 7. capit. 21. testis est, Romæ tres tantum septimanæ ante Pascha fuisse ieiunatum, & quidem exceptis Sabbatis, & Dominicis. Apud Illyricos, Græcos, & Alexandrinos, sex septimanæ, altos septem. Hæc igitur, quum varia esset obseruatio; tandem effectum, ut quadraginta dies rati essent. Deinceps vero, ieiuniorum ratio neglecta est; inductaque carnium prohibitiæ, quam sic seruant hodie; quan in ea confiseretur totius Christianismi summa.

XIII. Ordinationem Episcoporum in Ecclesiæ præcedebat electio quæ fiebat à plebe: præsentibus clericis: tum consecratio per preces & impositionem manuum; unde nomen x̄c̄ḡz̄s. Neque alias vilas ceremonias inuenire est multis post Apostolos seculis. At hanc Papistæ ita transformarunt; ut mimicam potius scenam agnoscas, quam priscam ordinatiōnem. Primo Ecclesiæ Cathedralium, siue metropolitanarum, ac patriarchalium prouisiones (verba sunt Pontificis Romani) sed secundum Apostolicam pleno iure pertinent: Consecratio demandatur tribus Episcopis.

**E**piscopis. Apparatus autem, duæ capellæ, varie ornatae: mensa, quam credentiam appellant: mappa, candelabra, vasa ad manus abluendas, vrecolus, aspergitorium, thuribulum, ampullæ cum vino & aqua, sandalia, amictus, Alba, cingulum, crux, pectoralis, stola: tuniculae, dalmatica, chirothecæ: planeta, mitra auriphrygiata, anulus pontificalis; baculus pastoralis: manipulus candelæ oëfolibræ, anulus cum gemina, pecten eburneus, panes duo magni: barilia vini duo, & quidem singuli panes, singulaque barilia deargenta, alia deaurata. Hæc omnia suos vsus habent singula: quos olim obseruatos; ne ipsi quidem credo monachi audacissimi dixerint. Sed quantum temporis in iis excogitandis, poliendis, ornandis, perficiendis, necesse fuit excurrere.

**V**IV. Benedictionum autem quantum quæso numerus est? Primarij lapidis pro Ecclesia ædificanda: salis, aquæ, cinerum, vini, cementi, altaris fixi, altaris portatilis; mapparum, vasorum, ornamentorum, cemeterij, patenæ, calicis, indumentorum sacerdotalium, corporalium, nouæ crucis, imaginum, vasculi pro Eucharistia conseruanda, capsarum pro reliquiis, campanæ, armorum, ensis, vexilli. Tempus me deficiat, si omnes enumerem, & omnes ab uno excogitaras, quis credat? & non potius à multis, & variis, non annis, sed seculis?

## C A P. VIII.

De variis heresisibus Antichristo seruientibus.

**E**rgo ita pedetentim à minimis initii, ad paulo maiores progressus, in de adsui perfectionem profectus est antichristus: ita ex latente mysterio, factus reuelatus homo peccati. Verum ex iisdem Pauli verbis, aliam notam suggerunt veteres: quæ etiæ leuis conjectura potuit videri: tamen neq; contemnendam habuit verisimilitudinem: & ipsis exitu, si non necessitatem, certe maiorem probabilitatem adeptâ est. Significant igitur Veteres, Antichristo inserviisse hereses, iam tum ab initio irruentes in Ecclesiam, atque in iis illum vim suam exseruisse.

**I**II. Potest autem id dupliciter intelligi. Primo, quia tam variæ, tamque multiplices hereses, orbem assuefecerunt admittendis, accipiendisq; variis dogmatibus, etiam quæ non erant ab initio Ecclesiæ proposita. Erita fere fit, vt diu crebroq; instauratis quasi præliis fatigatum ingenium, primo labascat; deinde fœse postremis totum permittat, quasi ex obſtendi disperatione. Deniq; fieri amat, vt qui intentissimi sunt ad vim apertam propellendam, iudicem minus cauti sint ad occultas proditioes. Itaq; nihil mirum, si post tot, tantaq; tamq; aperta certamina, cum Gnosticis, Manichæis, Arianiis, Nestorianis, Eutychianis, Pelagianis, carterisq; hereticis veteribus, latenter subreptis Antichristus vigiles & in statione positos milites fellerit, ac tandem tota castra ceperit.

**III**. Secundo, quia etiam præteritas hereses Antichristus vertit in suum commodum, nec opudiat quidem eorum dogmatis, quantumlibet explosis. Vt enim impostores, eundem falsum numnum sèpius reponentes, tandem diribunt: sic & falsam doctrinam secundo, tertiove obtrudentes. Sathanæ administrî, efficiunt, vt ne à cunctis, vt ne semper reiiciatur. Et addunt artificia: Quæ enim nimis aperta absurditate terrent; eadem interpolata facilius fallunt.

**IV**. Hæc vero si aliqua est Antichristi nota, dicam audacter: aut nullum esse Antichristum, aut Episcopum Romanum eum esse. Nam præterquam quod in tanto dogmatum corpore, fieri aliter non potuit; res ipsa etiam docet, plurima esse retenta à veteribus hereticis: quæ tum quidem, quum primum obtrusa sunt, suos aduersarios inuenérunt; sed vel senescentes leges, Ecclesiasticorum virorum zelo, profligari non potuerunt: vel si præuidicium veritatis affugere nequierunt, inflexerunt tamen, atq; ita mutato paululum colore insinuauerunt fœse. Deniq; desit fides dictis, si non & facta probent.

**V**. Imagines, vt dixi, primum nullæ erant: paulo post Simon hereticus, imo hereticorum pater, suas obtrusit. siveque Helenæ, ηγια τερεκούση τάνες οι εώς αὐτής ή πατημέναι: Et adorabant eas, quæ ab eo erant seducti; teste Epiphanio. Carpocratianos notant Ireneus, & Epiphan. & Augustinus: ιχναντες εἰς τοὺς θεοὺς τὸν καθεδρῶντα, ταῦτα δὲ εἰς κεντρόνα, ηγια λαύρας, ἀπό ταυτομορφα φανεταί τοις τοῖς Ιησού: habuisse imagines depictas coloribus: quosdam etiam ex auro & argento, aliaque materia: hasque effigies esse dicebant Iesu. His Marcellina addebat, Pauli, Homeri, Pythagoras representationes. Longo tempore coercitum est hoc principale crimen generis humani: Deinde suscitatum, sed ornamenti, historiæ, vegetatio, protestabaturque Gregorius Magnus non esse adorandas. Sed Concilium Nicænum secundum diserte proposuit, sanciuitque, adorandas. Ita claustra refracta; nec deinceps modus illus. Nam, etiæ strenuè contradiceret Synodus magna Francofuriensis, sub Carolo Magno; tamen eius erupit in illorum conatus denique. Quin, quæ religio adhuc erat Deum lineamentis effigiare; pulsæ est tandem. Nam idipsum Papistæ permiserunt, usurparunt. Iefuitæ etiam rite fieri tueruntur. Similes Armenis, quos Nicephorus, lib. 18. c. 53. testatur imagines habuisse Patris, & Spiritus sancti. Et Euthymius Panoplia parte secunda, titu. 20. Trinitatis imaginem confecisse.

**VI**. Coniugium Manichei damnabat, maxime in suis electis. Postea Eustathius εὐτεφετο τὸ γαμον νυπτιis detrahebat, ηγια τοῦ οὐδεὶς τοῦ τοῦ γαμων ὄντας εἰς τὰ διά της Θεοφύγου, afferebat q; neminem in consuagliatu sibi habere apud Deum. Coercit hunc Gangrensis Synodus, damnauitq; nos qui à Presbytero vxorato communionem sumere detrectarent. Erin Nicæno Concilio, paulo ante, nonnulli Sacerdotibus interdictum volebant usum vxorum: seuere à Phanutio reprehensi; cuius autoritate mota Synodus, nullum voluit laqueū conscientiis iniicere. Res fuit nihilominus varie variisq; agitata iudiciis, his permittentibus, illis inhibentibus. Tandem Sirici (Romani furor inclinavit in deteriore partem: exindeq; factum, Pontificum Romanorum emulacione; vt ne ea quidem libertas remaneret Sacerdotibus Latinis, quæ Græcis, vt saltim vterentur matrimonio ante Clericatum contracto: nimicum, vt species appareat Electorum, apud Manichæos.

**VII**. Multa perperam Manichæi de cibis nugabantur. Eustathiani ηθονούση ταῦτα κατεπεινούση, Comedentem carnes damnabant: eique ob eam caussam à Gangreni Concilio dictum anathema. Notum enim erat Pauli præceptum, iubentis edere quod in macello venditur, absque illa inquisitione, conscientiae quidem caussa. Paulatim tamen corrupta sinceritas est: & quamvis non simpliciter damnatum sit vnum cibi genus, tamen tanta superstitione illaqueatus est populus Christianus, ut qui sexta feria, aut Sabbatho, (quoniam de Sabbatho nonnulli vñs remisi) aut tota quadragesima cernes ederit, hereticissimus appelletur. Quin etiam Carthusiani in perpetuum sibi earum vñs interdixerunt. Ergo Eustathianorum heresis vigeret interpolata. Sed & qui Minimi dicuntur, instar Manichæorum, vitant etsi omnium animantium, etiam piscium, arborum fructibus vescentes, & leguminibus, oleribusque, ac lacte.

**VIII**. Meritis bonorum operum iustificari hominem, statim ab initio docuerunt nonnulli, aduersus quos serio Paulus stylum strinxit: Epistola, tum ad Romanos, tum ad Galatas. Haec heres Papistæ recoclam, interpolatamque, obtrudunt. Et si enim solam iustificationis caussam in iis non constituant; tamen volunt necessario esse aliquam caussam: ut vere dici possit, hominem sibi suis meritis acquirere vitam æternam. Ne hoc tantum, sed etiam pro aliis mereri: id est, tantum esse in sanctis bonorum operum aceratum, ut non sibi tantum habeant, quo salvare possint; sed etiam, quod aliorum defectus supplere possit.

**IX**. Cultum Angelorum τὸν τοῦ ἀγγείλων θεονέας damnabat Paulus, 2. cap. Epistola ad Colossenses. Postea tamen multi heretici eos mundi conditores asseruerunt; itaque, sine dubio adorant. Et Laodicena Syndicus necessarie habuit ea de re canonem condere. At, Papistæ etiam Catholicis imputant errori, quod Angelorum adorationem prohibent. Esto igitur hæc interpolatio; quum ablata Angelis creatione, adoratio est relicta.

**X**. Nec leuite exagitauit eos Paulus, qui Corinthi vñsum introducebant incognitæ linguae. Ac deinceps Ecclesia, Syris, Syriace, Græcis, Græce, Latinis, Latinæ, aliis aliter celebrandum Dei cultum tradidit. Nonnulli tantum e Gnosticorum numero, barbaras voces usurparunt, quasi μυστικαρίες. Hic Abraxas, & Caulaean, & Ialdabaor, & alia nonnulla. At Papistæ nullum habent officium publicum, quod non conficiatur lingua plebi incognita.

**XI**. De liberi arbitrij facultatibus, quis nescit Pelagianorum Tragedias? Primo, simpliciter vrgebant solis illius viribus posse quemlibet hominem sibi parare salutem; posse etiam sanctum esse, ac carere peccato. Sed à Catholicis, cum euinceretur, gratiam Dei esse necessariam: hoc ipsum concessere, sed fraudulenter: gratiam enim intelligebant ipsam naturam, quam sic homini Deus gratis contulerat. Sed obſliterunt Patres, & gratiam docuerunt intelligi debere, eam vim Spiritus sancti, quam à Deo gratis accipiunt fideles, ut conuertere ab infidelitate, & credant, & agant bene. Concesserunt & hæc nonnulli, sed generalē quandam gratiam semel datam. At Patres per singulos actus dari gratiam docuerunt. Quid Papistæ? Homo est liberi arbitrij in moralibus: quippe, qui potest peccare, & non peccare. Bellarminus, libro quinto de Gratia, & Libero Arbitrio, capite decimo quarto, & libro sexto, capite decimo quinto. Ad opera, quæ sequuntur actum conuersio, tam interna, quam externa, id est, ad opera pœnitentia, quibus ad iustificationem præparamur, non videtur requiri noua aliqua gratia; sed solum continua directio, & protectione, & conseruatio diuini feminis iam concepti, & formati. At hæc, nisi recte intellecta, ut vix intelligit vulgus Papistarum, si non Pelagiana: certe semipelagiana sunt.

**XII**. Virginis beatæ adorationem primi Collyridiani instituerunt: eōl; ab hanc caussam vehementissime Epiphanius exagitat, appellatq; εὐλαβεῖαν, διαβολὴν, ιερολαύρην, ιερολαύρην. Et Cedrenus ad annum Constantij vigesimum tertium, testatur Petrum Gnapheum primum instituisse, ut ad singulas preces nominatim Deigenitrix cieretur. Negeat Pagistæ se ab istis habere quicquam: negent se Virginem adorare: se Virginem inuocare. Imo negent se eximium quid illi tribuere, præter omnes Sanctos; quod υπερδελιον nominant.

**XIII**. Leo Magnus, hac nota fœse significat hereticos multos Romæ deprehendisse, quod in Communione, accepto corpore Christi, à calice abstinerent. Quis hac nota negare possit omnes hodie Papistas esse hereticos? Paulatin ergo inualuit, ac tandem sanctius hic mos est hereticorum, apud Papistas.

**XIV**. Marcus apud Irenæum cap. 9. libri 1. in consecranda Eucharistia, iactabat fœse Christi sanguinem elicere in poculum suum. Quantulum id abest à transubstantiatione? Imo quam germanum exemplum, exemplo ampullæ sanctæ, quam vicini nostri in Provincia apud Sanctum Maximinum ostentant, & Feria sexta ante Pascha, persuadent ipsissimum sanguine Christi rubere? Eustathius olim damnatus, quod in veltium discrimine nonnulli sanctitatis constitueret. Quid dicas de Clericis? quid de Monachis hodiernis? Nam certe Sacerdoti absque sacris vestibus celebranti, peccatum est mortale. Monachum absque suo habitu si inueniant, apostamat appellant. Apostolici σεμινάριον ἀκτημοσύνην, inquit Irenæus. Et φυλάττεται πολὺς αὐτοῖς τὸ μηδεν κεκτῆδαι. Observant diligenter ne quid possident: & eam in opiam venditant. Nomen mutato, Monachos dixeris; apud quos status est perfectionis nihil habere proprium. Idem error Messalianorum etiam: sed & insuper εὐπίστως κείεται πεπαύται, οὐδεποτε κείεται πεπαύται, inquit Epiphanius, porrigunt manus ad mendicandum, ut inopes, & nihil possidentes, αὐτοὺς ζεῦσιν, οὐδὲ τὸ κοῖτος τὸς αἰρετούς πεπαύταις πεπαύταις πεπαύταις, coacti propter inopiam segnitiei, ad mensas diuitium accedere. Quis nescit candem esse rationem mendicitaris Papisticæ?

**XV**. Quid? non permittunt mulieres baptizare? Hoc vero Marcionitæ primi induxerunt. Heracleon mortuos suos ἡλύτες redimebat nouo modo, aqua & vnguento adhibito. Quis non agnoscit vestigia extrema yncitionis, & aquæ benedictæ? Nam etiæ vñctionem non adhibent mortuis; tamen non adhibent, nisi cum desperata est vita: nec nisi in expectationem mortis. Postquam autem conclamatum est: & iam funus paratur, lusus est, vide sarcophagum publice expositum, multa aqua à prætereruntibus rigatum. Vnde

## LIBER DECIMVS SEXTVS CAP. VIII.

337

Vnde autem p̄petuum vsum aspergendi aquam illam benedictam habent; si non habent ex affectata r̄is imitatione? Ne Excalceatos quidem omittere voluerunt. Addit̄ m̄r̄. Et quid erunt Carthusiani; nisi Patralothenchitæ, silentium semper exercentes; nec rei alij, nisi taciturnitati studium suum cōmodant? Mirum, si non à Prodiatishabent vsum apocryphi libri Sapientie, Iesu Syrac. Et est heres, inquit Philastrius, quæ dicit nati Paganos naturaliter, non Christianos. Papistæ etiam ne à Christianis quidā natos infantes, sive Baptismo, dignantur Christianorum nominare; & vulgo dicunt facere Christianos, quum baptizant:

XVI. Pelagiani, tertium quendam locum statuebant μεσον κολασσων, Επαργειον, medium inter supplia; & paradysum: eoque suos infantes relegabant, qui non fuissent Baptismi participes. Testis Augustinus serm. 14. de verbis Apostoli, & alias sape. Hic vero quis non agnoscit Lymbum puerorum? Nam, et si non omnes Papistæ concedunt non esse illis nihil peccatum: tamen & non sunt nulli, qui beatitudinem assignant absque villa pena sensus: & hi ipsi libere ita opinantur, nec contra suorum Conciliorum Canones: & reliqui, quibus non est tantum audacia, ita contendunt de lenitate: vt latenter interpolatos. Pelagianos nos difficile sit agnoscere,

XVII. Quid? quod etiam ex inferis, damnatos transferunt in regnum cœlorum? Nihilne hac parte Origenicum? Transferri autem doctribus fabulas de Traiano, Falconilla, Dimocrate, atque aliis multis: pro quibus disputeret Salmero, in priorem ad Corinthios, disput. 27.

XVIII. Eustathianos Gangrenis Sylodus dominavit, ob vestes infidelitas iustitiae obtenuit, & mulierum confutam: carnes reiectas. Atque Monachis omoibus vestes aliae si non sunt ab vsu communis, nulla religiovis esse putatur sanctitas. Monachas tonderei solemae. A carnibus abstineretur solitum: non in Quadragesima duntur, & certi feriis, ac vigiliis: sed etiam tota vira, in Claustris Carthusianorum, & Minimorum.

XIX. Phylastrius, Abstinentes in Gallis, atq. Hispanis obseruauit haereticos. Separantes perfusionibus consiglia hominum, & scarum abstinentiam promisentes. Nihilne hi ad Papistæ? Nisi, inquam, docerent Papiste per Votum solui matrimonia: nisi infinitis iidem superstitutionibus implicarentur.

## C A P. IX.

### De Impostura Papistarum in falsandis Autoribus.

I. A Tque hactenus mysterium iniquitatis. Sed nominabat etiam Paulus μέτων της αδικίας, omnem fraudem iniustitia, sive omne genus imposturae, quo vntur iij, quibus pecinde est fas, & nefas. Est enim impostura, fraus, deceptio, genus iniustitia. Neque Præmolum laudem, qui hoc loco annotauit esse quandam veritatis seductionem. Quod vnde hauserit ipse viderit? Certe τὸ αἱρέτων nusquam obseruari debet in bonam partem, minime autem omnium in Scripturis. Et semel Paulus dixerit 12. posterioris ad Corinthios; δέλη ψήφος ἔλευθος, dolo vos cepit in bonam quidem partem, sed ironice.

II. Est vero ἀτάση apud Apostolem, tertio de anima, capite tertio, opposita τῇ ἀπόστολῳ: & Physicorum quinto, capite quinto, τῷ περὶ ὁμονοίᾳ. Significat vero τὸ ατάση, non simpliciter abducere à veritate; sed specie veri. At istoteles Ethicorum ad Nicomachum capite quarto, τὸ πολλὸν σὸν αἰτῶν Διὸς τὸν ἰδεῖν τοις γενεσίοις οὐδὲ θέλει. Λύσθος φίλος αἰτητὴ τὸ id, οὐδὲν γενεσίον: In vulgo decepit: id videtur fieri per voluptatem: bona enim videtur, quum non sit: Itaque, οὐ νηπελιγον, vanquum bonum. Sic Poeta? Décipimus specie recti. Paulus a priori d' Timotheum, ἡγεμονίαν ἀπέδειξεν: mulier decepta in prævaricatione fuit. Nimitum, quia serpens asseruit vsum arboris esse optimum, & persuasit.

III. Itaque, deceptionis dute sunt partes: una, vt pro bono id obtrudatur, quod non est bonus: qui effectus est, sive finis: altera, consistit in mediis, quibus ad eum finem perueniuntur. Nam quia verum falso nunquam consentit: si αἱρέτω, sibi τῷ Φιλόδοτος finem statuit, omnino necesse est, & media, quibus eo perueniuntur, non esse veracia: sed tantum φαντασία: id est, speciem tantum veri habentia. Sic serpens non tantum eo fuit impostor, quod persuasit Euæ, vt ederet de arboce prohibita; sed etiam quod vt persuaderet, fixit se eius amore moueri, vt eam admonefet. Dein autem inuidia, prohibuisse. Et, quum Christum ipsius tentaret, obiecit Scripturam: quo argumento nihil est potius ad conscientiam persuadendam. Et si autem nunquam excusat, qui malum faciunt, vt eueniatur bonus; tam effectum eliciunt: sic scelitus & pueros, & ægros variis pollicitationibus, etiam falsis, mouere ad id quod nolunt; & tamen est vnde. Si ergo quidem abit ut ἀπάντησι appellari. ex Veteribus plurimos, qui in defenda veritate dogmatum Christianorum, haud tanto abusus sunt multis Scriptura locis. Sed tum perfecta est ἀπάντησι, quum vtrumq; concutunt: hoc est: & finis malus; & media non bona.

IV. Horum si quicquam est, quod Pagæ, & Papismo imputari non possit, sane vero ne esto impostor: & quia Antichristi nota est impostura: ne esto Antichristus: & ei potius Catholici faciant iniuriam, tam retro compellant nomine. At si contra, aut nullum est: aut vix vltum est imposturatum genus, quo non sit impie, importuneque hominibus illum: tum sane nulla erit hac saltem parte mora, quo minus is vere fit, quem esse dicimus.

V. Enimvero finem esse pessimum quis neget, quum pro vera Ecclesia, hærescon colluviis amplectenda obiciuntur? Traditiones humanæ, pro diuinis, pro Apologeticis: libri apocryphi pro canonis: mortalis homuncio, pro capite Ecclesiæ: insignis apostata, pro eo qui neque atertare: Sanctorum, reliquiarum, imaginum, religiosa seruitoris: imo & quarundam creaturarum λατρεία, pro maxima pietas Christiana parte? Quum profide crassam ignorantiam, id est, fidem implicitam commendari audierit: neque id omnia esse peccatum, quod repugnat legi Dei: & operum metitis de ea vita æternam: & per sanctorum merita atque intercessionem,

Tomo II.

accedi ad Deum: nec posse in legitimo matrimonio caste vivere. Sacerdotem: imo eunde in uxoratum longe grauius peccare, quam scortantem: Lupanaria permittenda inter Christianos. Qui, inquam, hæc omnia pro rebus, certis, suis dogmatiis in Ecclesia tradi scierit, viderit is, quomodo dubitet inter Papistas imposturam regnare?

VI. Sed de mediis quid dicam? Esto sano id huius capitinis operæ premium. Et primo, quid viderit, quod Ecclesiæ autoritatem sua piebi solem inculcat, etiam de ceteris: sive carbonarias, quum quis id aequaliter credit, quod Ecclesia credit. ac Ecclesia credit, quod ipse credit? Nam hæc sane omnium imposturarum impostura est maxima. Lubent omnia etiam inexplorata admittere i quasi digni sunt, qui cum in tenebris mices. & tamen, si Ecclesia ipsa per se auditetur, minus esset incommodi. Verum statim pro Ecclesia, curiosi substituunt, aut certe prædicatores: qui sua plebis somnia confidentialiæ varret, speciosissimo Ecclesiæ prætexto nomine. Vnde fit, ut ea fides, quæ paulo ante in Ecclesiam, nunc in Curionem resolutur: & multi proficiantur se credere, quod suis credit Cirio. Atqui in re longe minoris momenti si velit Trapelites in mutuanda pecunia sibi soli credi, a seque solo omnia inexplorata sumi, nemo ferat.

VII. Præterea, id ipsum de principiis fidei, quod tam contendunt pertinaciter, imposturam olet pleno ore. ab Scriptura Christianos assertent. Veri non permittunt, aut vix permittunt. Legi a vulgo: hoc vero tantum non abominantur. Tum incertitudinis calumniantur: obscuritatis accusant: imperfectionis damnant. Quis, qui in explorando suo auro nolis adhiberi lapidem lyrium: eumque propriece, aut cuicunque anxi, ne producatur: aut productum clamet, inutiliē esse: & damnosum. Non hunc servet, quantum est hominum, ne pro impostore habecatur. Hem quanta est ingenij præcūsitas! Nam quum hic damnetur, illi pro magnis habentur vīnis.

VIII. Progrediamur ad dogmatum confirmatorum rationem. Ea est in testibus, vel ratificatione. In testibus, dico Papistas, duplicitex esse impostores, tum μάρτυρες, tum μάρτυρες. Primo enim plurima quæ citantur Scripturae testimonia: alia corrupta sunt à Latina versione: alia autem ipsi falsant. Et exempla quidem eorum, quæ male conuersa sunt ab interprete, quibusque hæreticis Papistæ habes non pauca, tom. 1. lib. 15; cap. 11. & 15. Paucos non addo. Costerus Enchiridij, ca. 14. vt probet, in Deo Sanctos cognoscere omnia: Dominus, inquit, Moysē exhibuitur essentiam suam contemp' andam. Ego inquit, ostendam tibi omne bonum, id est, quicquid aliquomodo nomen & rationem boni habere potest, id omne in mea essentia quæ es visum, ostendam sibi. Atqui Exodi 33. non legitur omne bonum: id est, ὅλον ὅλον bonum meum; id est, gloriam meam. Turrianus pro Epistolis Pontificum, lib. 52. 7. Licuit Sanctis Apostoli Patribus nostris multa alia in S. Catholica Ecclesia disponere, a q̄ ordinare iuxta Proprietatem David, & cum dicitur ait, Qui ordinant testamentum eum super Sacrificia. Vbi manifestum intelligit ordinare, pro instituere, aliquid autem non institutum. Arqui hæc mens nulla Psalmi quinquagesimi, unde auctoritas desumpta. Nam Hæc braice habet, Congregate misericordias meas quæ populerunt pacatum meum super sacrificio. Quæ descripsit fidelis cuiuslibet, tam feminæ, quam maris. Omnes enim dieuntur pacisci fœdus cum Deo: cum gratia sufficiunt se: et si nihil noui instituant. Ex Psalmo 139. Alphonsus de Castro contra omnes hæretes lib. 12 cap. de Sanctis, Sanctos esse adorantes aperte docet Propheta regum dicentes, Mihi autem nimis honoratus sum amicus tuus, Deus. Et Cotonus ad me scribens: Si nullum habebit rerum humanarum administrationem Sancti, cur eorum dicitur, nimis confortatus esse principarus? At hæc in eo Psalmo nulla sunt: sed in versione Latina, pro istis posita. Et mihi quam præiosa fidei sunt cogitationes tuae, Deus! quam simuluerunt capita carum! Panigarolla disceptione 12. citat ex Psalm. 12. Dixi, confitebor aduersum me inustiam meam Domino: & tu remissisti impietatem peccati mei: vnde eruit David oratione pro quadam peccato, cuius obtinuerunt remissionem ex sola confessione. Sed fuisse peccatum veniale, concludit: quia statim sequitur, pro hac erabit ad te omnis sanctus. Ratio consequentia quia quum iustus mortali peccato carerat, & pro hac ore: necessario sequitur, vt hæc venialis sit. Ergo vis tota huius argumenti est, in pro hac, id est, iniquitate. Atqui ea non est mens Prophetæ. Nam ΠΝΥ η significat propria, non igitur pro hac iniquitate: sed propterea quod eam iniquitatem rogatus à Davide Dominus dimisit. Mitto id quod dicitur iustum esse absq; peccato mortali: non enim huius est, aut loci, aut temporis. Costerus, vt probat Scripturam passim testari in certitudinem iustificationis, capite 4. Enchiridij, citat ex Ecclesiaste, Nescit homo, utrum amorem, an odio dignus sit. Ex Ecclesiastici. De precipiti peccato, noli esse sine me. Et Iob 9. Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabilis anima. Quotum locorum nullus sanus est: De primo, & secundo actum, libr. 15. cap. 10. Tom. 1. Tertius, Hebraice habet: Integrum sum: non noscam animam meam. Bozius, de Signis Ecclesiæ, lib. 5. cap. 7. Oracula, inquit, sunt specialia anti, scorum Prophétarum quibus apertus fore, & universi Episcopi Ecclesia Christiana, non obliterata. Si enim David Psalm. 44. (quinto secundum Hebraicam veritatem) liquens ad Ecclesiæ: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constituti eos præceptes, super omnem terram: memor erunt nominis tuus Domine, in omni generatione. & generatio. Quo codem loco abutitur rutilus, lib. 17. cap. 5. ad probandum perpetuum Apostolorum successionem. At Hebraice: non memor: erunt: quod vrgit Bozius David aut futurum, ut hi Principes memoris sint semper nominis Dei. Sed potius, Memor ero: quod etsi plenig: Codices habent: iisque integratæ spectatores, inquit Francisus Lucas, notationibus in Sacra Biblia, atque adeo non tantum in Roberti Stephan. Editionibus: sed etiam in Antwerpensi Regia: sed & in Interpretatione Chaldaea & Graeca: tamen non artifit Cardinalibus, in Editione Sixti Quinti.

IX. Nec tantum alienis vtruntur: sed etiam ipsi sua propria peccata, Costerus, Enchiridij cap. 14. probat, Sanctis post hanc vitam absentia reuelari, contemplatione Diuina: sicut et in qua, veluti in speculo, res omnes & ab iis videntur: & sunt longe perfectius, quam in lemori existant. Et 1. cap. Ioan. Quod factum est, in ipso viderat. Item, cap. 17. Apostolus vult coniuges ad tempus a congressu abiisse, & videntur orationes. Truncate: nau. Paulus connectit: et cunum. 7. prioris ad Corinth Bellarmianus de Clericis, c. 19. ex lib. 1. Paralippomenon, cap. 24. & Luc. 1. colligit, Sacerdotes Veteris Te- stamentum

stamenti per vices suas ministrare solitos, & toto eo tempore, quo m. nistra-  
bant in tabernaculo à domo, & vxore abfuisse. At hoc fallum. Quanquam Co-  
sterus etiam impudentior, asserens in Lege Veteri, Sacerdotes tempore viciis  
suæ, ad quos sacrificij offerendi nunus ordine devolueretur, non modo ab  
vxorum complexu: sed à vino quoque, in quo est luxuria, Diuino mandato  
arceri: tam confidenter quam si virumq; legeretur totidem licetis. At po-  
sterius de vino exstat, 10. Leuitici: prius autem de complexu vxoris, nusquam.  
Rufus Bellarminus de Imaginibus cap. 8. probat licere pingere imaginem  
Dei Patris in forma hominis senis: qui Genes. 2. Deus Adæ apparuit tantaquam  
homo deambulans in paradiſo, ad auram post meridiem. At illud, tanquam  
homo, Moses nunquam dicit: imo satis significat, non apparuisse ullam figu-  
ram, sed tantum auditam vocem. Idem de Clericis cap. 7. docet ius elige-  
di sumnum Pontificem, cæterosq; Ecclesiæ Pastores & Ministros non con-  
uenire populo, iure diuino: exemplo Aaronis, qui à solo Mose electus est in  
Pontificem: quod certe falsum: electus enim Aaron est à Deo, non à Mose.  
Alphonsus de Castro, contra hæres lib. 9. capite de Libertate: locum illum  
ex Genesio 4. Sub te erit appetitus eius, quo etiam alij abutuntur, corruptim,  
In sub te erit appetitus tuus. Idem libr. 8. cap. de Ieiunio. Tres pueri, intra  
fornacem mittuntur. Ieiuniū tamen ingredientes, illæsi egressi sunt. Da-  
niel, quum per tres hebdomadas ieiunasset, leones in quorum lacum missus  
est: ieiunare fecit. At ieiunij ne nomen quidem est 3. & 6. Danielis, vbi ea  
recitatur historia. Rufus ibidem, Helias ieiunus erat, & ad eius  
orationem tribus adois, & sex mensibus ros pluviæ non cecidit super ter-  
ram: ieiunus iterum orat, & pluviæ à Deo impetrat. At rufus de ieiunio  
mentio nulla in ea Historia, decimo septimo, & decimo nono primi Re-  
gum. Bartulus, ut flagrorum in Romanis penitentibus vñum aliquo fu-  
co plausibilem reddat: ex Pauli 9. prioris ad Corinthios recitat, Liquidam  
facio carnem meam, & in seruitutem redigo: quum & Græce sit τινος οἰκία, &  
Latine, castigo: melius, subigo: Annalium Tomo 11. anni millesimi quinqua-  
gesimi quinti, §. 11. Nimus fīm, si percurram omnia. Sed Tonstallus,  
de veritate Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia, libro primo, Ne-  
que ir frequens cuiquam videri debet, pleraque patribus ante aduentum Chri-  
sti, per troposq; sua declarata fuisse, quibus omnia in figura contigisse Pas-  
tus docet. Locus est ex prioris ad Corinthios 10. nec aliter recitatus à Bo-  
zio, de Signis Ecclesiæ, libr. 13. cap. 7. Etiam ab aliis, alibi. At Paulus, non  
omnia dixit, sed, haec cuncta.

X. Hæc in Scripturis. Nec in Patribus religiosores, Bellarminus de Imaginibus, cap. 9. Eusebius libro tertio & quarto de vita Constantini, dicit in Templo à Constantino exstructis in Palaestina, fuisse maximam copiam Imaginum aurearum, & argentearum. Et conspirat Richeomus de Imaginibus, capite II. Et Bulengius contra Plesiæ, cap. 3. liq. 2. Ad id Eusebius nusquam dixit. Hæresin eorum qui negarent colendos Sanctos, Richeomus de Sanctis, cap. 4. assert ab Eustathio primum inueniam, eam ipsam ob causam damnata in Concilio Gangreni: & authorem laudat Socratem libro secundo, cap. 33. ubi tamen de cultu Sanctorum, ἡδὲ γένεται μὲν. Et capite sexto, ab Augustino contra Faustum lib. 2. cap. 27. asserti adorati à populo memoriam martyrum, religiosa solennitate. At ille non adorari, dixit, sed celebrari. Bellarminus de Clericis, cap. 19. Concilium Nicænum pimum, canone 3. interdicit Episcopo. Presbytero, & Diacono, ne doni vilium mulierem habeat, præter matrem, sororem, amitam: neq; alij dissenserent. Et tamen concilium loquitur tantum εἰς τὴν οὐρανὸν, non in uniuersum de muliere. Vxor autem legitima, non potest censeri οὐρανοῦ. Alphonsus de Castro, de Sacerdotio, hæresi 4. Hac consuetudo, iuxta iam matrimonio alligatae promouebatur ad Sacerdotium, innaluit utq; ad tempora Nicani Concilij, in quo (Et fertur) generali decreto statutum est, ne aliquis ex ore habens, consideretur Sacerdos. Atqui hoc falsum: neque potuit Alphonsus illum testem citare. Et Cotoanus unde habuit, quæso, tertium illum canonem huius Concilij, quem descriptis in libro de Missâ, tractatu 7. §. 14. in hæc verba, Deorum est propriæ repetita mysteria ac necessitates, ut presbyter & Diaconus, & Episcopus Deo dedicatus sit: si enim populo præcipit, Et ad tempus vacui orationis, quanto magis sacerdoti idem præcipit? Nam hæc quidem nulla editio habet Nicænorum Canonum. Stapletonius in Relectione, Controversia 3. quest. 1. attic. 1 conclus. 3. Hoc est, quod Chrysostomus scriptis, quoddam hic esse Filij donum proprium Petrodatum: sicut Patria quoddam donum erat eidem concessum. Pater omnis reuelauit Petri Christum esse Filium Dei viuï. Filium tribuit Petrus, ut sit Ecclesia Petra: ex homilia 55. in Matthæum: sed Chrysostomus donum Filij exponit, Claves regni celorum, non Petram Ecclesie. Rursus Stapletonius in solutione argumentorum eius conclusionis, ex eadem Homilia recitat. Tuex huic omnibus, quanta sit Petri ote, & intellige. At Chrysostomus, non Petri dixit, sed eius, & Christum significauit. Idem ex Gregorio Romano, Epistola 38. libri 4. Apostolos vocari sub uno capite Petro omnes membra Ecclesie, & singularum plebium capita. At caput ille non Petrum dixit, sed Christum intellexit, sub quo & Petrus & reliqui Apostoli membra sint.

XI. Bozius de signo Ecclesiae, lib. 18, cap. 3. ex Iagnatij Epistola ad Romanos, Ecclesia sanctificata & illuminata in voluntate Dei; qui fecit omnia quia sunt secundum fidem, & dilectionem leui Christi Dei, & saluatoris nostri, qua & preside in loco regionis Romanorum Deo digna, memoria digna, beatitudine digna, laude digna, fundata in dilectione, & fide Christi, paternum nomen habenti, spiritifer, quam & salut. Ego, inquit, sola Ecclesia Romana presidet, eminet, ac paternum nomen habet. Si prius presidet, ego alia subiectus si eminet, subfunt: si paternum nomen habet, filiae sunt. Atqui nihil hic sani. Non dixit Ignatius presidere Romanam Ecclesiam; sed ~~convenit~~ dixit ei ~~in~~ ~~terram~~ ~~populus~~ ~~regionis~~ ~~ergo~~ non vbiq; terrarum. Non dixit eminenter; sed ~~excellenter~~ ~~in~~ ~~terram~~ ~~populus~~: Vailemius reddidit. dignam qua quis potiatur. Nam & Bozius maller: Dignam super quam alescitur, puerile est, & ineptu & ridiculum: in molingua Graecae redolentia classam ignoriam: neq; enim potest id verbi ab eo deriuari, quo aedificia appellantur. Sed de paterno nomine quem cogitabat, vbi animum habebat? ~~et~~ ~~in~~ ~~rum~~ & ~~metropolu~~ Ignatius dixit. Vailemius reddidit, Christi & Patria nomen ferens. Significat ergo, denominatam a Christo, & Deo Patre. Cotonus de Missa, tractatus §. 5. Diuina Augustina Epistola 49. Consecruntur imagines in Ecclesiis sculpte. ut trecentum anima externa illa similitudine, atq; analogia ad partes corporis nostri, sicut attentiores, quasi in iis ipsis viderent sanctos.

XII. Sed admonet me hic locus, ut ne præteream immanem, ac propria dixerim ~~ad ipsius~~ in vertendis Græcis autoribus audaciam. Eusebij libros de Euangelica præparatione, sic veritatem Georgius Tarpezuntius, ut videatur voluntate industria orbis illudere: ita omnia petuerit. Inde Bellarminus lib. 35 de Sanctis, c. 9. citat. Nos vero pietatis nostræ, ut Dei amicos honorantes ad monumenta illorum accedimus, votaque illis facimus, tanquam viris sanctis, quos in intercessione ad Deum, non parum iussi et profitemur. Vix vestigia agnoscas Eusebij. Locus est in libro 13. c. 7. Scriptum Eusebium, *καὶ ταῦτα ἡ αρχὴ οὐνοματικῆς τελεστῆς, διὰ τριάδων τῆς ἀληθεῖας εἰς τὸν θεόν στένει ἀπόγειον της μεγαλουμένως θεοῦ εἰπεῖ τὸς θεού αὐτῶν Ιησοῦ Χριστοῦ οὐν πατέρων, τῇ τε τοῦ καθητοῦ πατέρων, πηδεῖ τὸς μεγάλων αὐτῶν ψυχῶν. οὐ εὑλόγως εἰ τούτων οὐ φήμενοι μετείσων, εανιμίτων, καὶ τοις οὐνιμίτων Platone regeantur etiam de honorandis defunctis in bello fortibus viris: hac congruunt piorum mortis, quos militis vera religionis assumi si dixeris, non peccabis: quo citoque nobis consuetudo est ad eorum conditoris, accedere iuxtaga, ea preces fundere, honorareque eorum beatas animas nam hancrit et nobis sunt. Cognitarius etiam infelicer manum admovit Basilio, Epiphaniusque, vertendo: inde sumebat Bellarminus locum ex Basilio Epist. 52. qui a nobis est reprehensus, cap. 20. lib. 9. huius tomii. Synodus Gangrensis canon 4. Latine sic legitur: Si quis discernit a presbytero qui exorem habuit, quod non oportet et ministrante oblatione percipere, anathema sit. At Græce οὐδὲ μετείσων ψυχῶντος; a presbytero qui uxorem duxit: id est, coniugato: qui ergo uxori habet: nam concubitus est contra Eustathium, qui improbat rite et jure omnes eos qui in coniugio statu essent: non vero eos quae aliquando coniuges habuerant: tunc autem non haberent. Et tamen Bellarminus de Clericis cap. 21. ex illa versione eludit vim huius canonis.*

XII. Christophorus vertit historicos rerum Ecclesiasticarum ex Graeco in Latinum : satis cum laude nisi quod cœspirauit locis non paucis. Aliquando etiam de industria inflexit aliquid. Sic lib. 4. Busebii, e. 14. quoniam Christiani ostenderent sibi fieri iniuriam ab Ethniciis , quod eos putarent adoratores Polycarpum, θεοφόρους, inquiunt, ὅτι εἴπε τὸν χριστὸν πάτερα καταλιπούσης μηδέποτε, τὸν τετελεθέντα θεόν καὶ τὸν τηγανίσαντα μάρτυρα, ἄτε εἴπε τηναοῖς εἰν. Ignorantes, nos neg, unquam Christum relicturos, qui pro omnibus in mundo quis seruantur, salutem passus est: neq; alium posse quemquam adorare. Pupigit hominem Papistam , quod scelere Christiani negant pia- ter Christum, quemquam adorare, siue colete religiose: itaq; molluit ad- dens, ut Deum. Idem apud Theodoretum lib. 1. c. 8. Quapropter ex non scriptis sociis, pie tamen excogitatis condemnati sunt? Videlicet Ariani in Concilio Niceno, Et hunc locum varij citant ad confirmandas Traditiones. Atqui Graece contra est: οὐ τὸν ίερόφορον μετ' εὐρεβάντας ἔνεργον πάτερν λέγειθον. Itaq; ex Scriptis pie intellectis vocibus damnatis sunt: In Cyrrilli Hierosolymitani Catechesi mystagogica 4. εἰ τοῦτο ἀρτε δοδοτάσι τὸ σῶμα τοῦ εὐτίκησιού, διδοτούσι τὸ αἷμα. Grædecius vertit, Sub specie pantis datur tibi corpus: & sub specie vinidatur sanguis. Hinc omnes Cyrrillum iurant papi- stam, & Transubstantiatorem. Atqui vere, in figura panis, ἐν figura ubi- mi, dicunt dum etiam.

XIV. Hactenus magis etenim. Nunc magis etenim, quum que testimoniaproferuntur, longe abducuntur a suo sensu, recenti vixititia; infinita audacia. Bellarmius, præfatione in libros de summo o Pontifice, illud ex Esaia 28,  
Ecce ego ponam in fundamento Sion lapidem, lapidem probatum angularium pre-  
ciosum, in fundamento fundatum: de Papa interpretatur: quod tamē pertinet  
ad Christum. Et lib. i. de Conciliis c. 12. illud ex Matth. 18. Vbi sunt duo vel  
tres congregati in nomine meo, exponit de mandato eius: qui à Deo accepit  
autoritatem congregandi. Quoniam legit ex 5. Matth. Nolite intrare per celum  
neq; per terram, ita interpretatur, de Sancti lib. 2. c. 12. ut primum non pro-  
hibeatur iurari per celum & terram, sed tantum sine debitibus circumstantiis  
ut prohibeatur, ne fiat contumelia eiusmodi creaturis. Costonius Brixianus  
c. 6. Nihil nunc damnationis est nisi qui sunt in Christo Iesu, ad Roman. 8. Id  
est, inquit, nullum peccatum, quod damnationem mereatur: illud è Psalmo  
22. Vota mea reddam in conspectu timentium eum: edent pauperes, & saturabun-  
turi, interpretatur c. 9. non tantum de Christo dictum; sed etiam de Sacra  
Missæ. Bozius de Signis Ecclesiæ lib. 15. c. 6. Illud Christi, Capitulo de  
capite vestro non peribit: & omnes capilli capitis vestri numerati sunt; nobis etis-  
mene: illud idem Prophetæ, Custodist Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his  
non conteretur, refert ad reliquias sanctorum. Et lib. 13. c. 2. interpretatur de  
sumptione corporis in Eucharistia; tum illud ex 2. ad Ephesios: Ut duos con-  
dat in semet ipso in unum hominem novum: faciens pacem, ut reconciliat ambo  
in uno corpore Deo, omittens etiam per crucem: cum hoc èz. eiusdem Epistole:  
Gentes esse cohæredes, & concorpores. Panigarolla disceptationis secunda  
parte prima, Demonstratum est Ecclesiam esse visibilem: oportet igitur præter  
suum caput præcipuum Christum, qui inuisibilis est, caput præterea ha-  
beat vicarium in terris, qui sic visibilis. Atque is est, de quo Paulus Apo-  
stolus loquitur, Vnu Dominus, ad Ephes. 4.

XV. Haec in Scripturis. In Partibus deinceps. Minutius, *Crucis*, inquit, *nec colimus, nec optamus*. Bellarminus hunc ait loqui de oratione Deo propria; de Sanctis lib. 2, cap. 12. Boleugerus contra Plessium libr. 1 ca-

LIBER DECIMVS SEXTVS CAP. X  
ad Chamictum malorum

pete 6. & Cotonus in Epistolis ad Chamierum malunt loqui de patibulis  
Fronto Duce in Catalogo errorum Plessi capite 4. refert ad ipsam ma-  
teriam, qua crux constat, Nazianzenus dicit hoc etiam suam sexuasse apud  
enn*tra* corporis & sanguinis Christi : Hunc Bellarmius de Eucharis-  
tia libro 4. cap. 24. contendit loqui de specie panis, non vini. Qua-  
rum uariantypum, sit multi a antitypa: & panis posset appellari antitypus  
sanguinis. Alias, quum obsecratur Patres, qui tepe dicunt signum, signu-  
ram, typum, antitypum corporis & sanguinis, respondent, ita appellari an-  
te consecrationem, Bellarmius de Buchenilia libro 4. cap. 14. at Coste-  
rus Euchitidij, capite 8. maulte intelligi de speciebus, id est, accidenti-  
bus sine subiecto. Elibertino Concilio prohibetur in patribus pingi  
quod adoratur. Costerus interpretatur de non pingenda Trinitate, Eu-  
chitidij, capite 11. Bolengerus contra Plessatum libri 2. cap. 1. dicit ve-  
ritatis Patres, ne his picturis plebs recens co*u*ersa, in idololatriam iterum  
incitatetur. Richeomus de Imaginibus cap. 11. factum id decretam as-  
serit metu Ethnicon, & assentitur Bellarmius de Sanctis lib. 2. cap. 9.  
Ita ludunt in Patribus, & illudant suis auditoribus. Quid plura? Audia-  
mus confitentes. In Indice expurgatorio Belgeio, ad Bertraram, cum  
permittitur extare eius liber, Papilis admodum incommodus. *Quoniam in*  
*catholicis veteribus*, inquit, *alios plurimos feramus errores*, & extenu-  
*mus, excusamus, excoigitato commento perspice negemus*, & *admodum in*  
*sensem affingamus*, dum *opponuntur indisputationibus*, aut in *conflictionibus*  
*adversario: non videmus, cur non eandem aequitatem*, & *diligentem re*  
*cognitionem mereatur Bertrami*. En tibi documentum religiosi pecto-  
ris: Ea sinceritatem Papistarum! At praestiterunt statim re ipsa. Nam enim  
Bertrami librum scriptum singunt, contra nescio quos, qui asserterent adeo  
vere Christi corpus exhiberi in Eucharistia, ut ipsam speciem *panis* & *vini*  
negarent reliquam: affirmarentque id quod appareret, esse speciem, seu  
superficiem, seu pellem carnis Dominicæ, & nihil creatum esse reliquam.  
En tibi meram Theologiam!

33

quum Christus Petro iubet, ut reducat à terra pusillum: dein de ducat in altum: id est, suam punat sedem haud longius à terra, a promissa terra, id est Antiochia: biq; maneat pusillum, id est, annis septem: postea ducat in altum valfissima maria translat, pergit ad Geatium reginam, & super septem colles sedem suam constitut. Non plauditis? non exclamatis cum Monacho Felix Roma, Felix Roma? Verum obstrepit Stapletonus in Relectione Pinciorum Controversi, 3. quæst. 1. attic. 2. qui ad illud, *Duc in altum, hoc est, inquit, in profundum disputationum.* Egregie. Sed pergit Stapletonus, & ambulatione super aquas Mauhæti 14. in hunc modum explicat. Primo calcauit aquas Petrus, id est, omnes hæreticos, & persecutionum fluctus sola Petri sedes calcabit. Secundo, ambulatio super aquas designat vinciem sam Ecclesiam Petri porestatu subiectam fore: qui non in certa nauicula, ac particulari, ut cæteri Episcopi in certa diœcesi, sed super aquas ipsas inde determinata venit ad Christum. Quid certius? Aut cur non eadem aquæ simul semelque hæretes significant, & Ecclesiam? Sed hoc dolendum valde: adeo immutata in esse rerum faciem, ut quum Petrus calcauerit hæretes, & pœxierit Ecclesiæ hodie Romani Episcopi, qui sese eius successores appellant, contradicant Ecclesiam, & præsunt hæretibus.

V. Cultum Mariae Bozii acutissime probat. Primo ex Numerorum 24. Orientur stella ex Iacob, & consurget Virga de Israele: & mox, IsraeI vero fortis ager, sive, acquires dissipatus. Non significatur Christus, quem scimus non esse ortum ex Iacob, neque surrexisse ex IsraeI, sed ex Maria ex Iacob & IsraeI prognata. Ergo per IsraeI Maria intelligenda. Itaque sicuti Mariae vires erunt exiguae in amplificando Christi suique cultu non ibi erit stella ex Iacob, & virga IsraeI. Secundo, ex Genesi, quoniam Adamo & Eva dictum est, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Nam & Adam est Christus: Eva, virgo: Cresce & emulamini, quid etsi oportet est diserte explicare: sed facile appetret terreni voluisse ad cultum Christi, & Virginis. Tertio, super acam foederis duo Cherubini sedebant, a quibus propitiatorium tenebatur: erat autem effigies alterius maris, alterius feminae. Hic acutissimis oculis vidit Bozius Christum & Mariam, per quos Deus est propitius, ac votis responderet. Hem quis non cedar tantum, tam certe, tam perspicue demonstrationi? Milesios Collyridianos: quibus nondum erat natus Bozius, quem opponerent Epiphanius tam haeretice clamanti: *Huius Magistrus, undevis regozuvitis, Mariam nemo adores.* Eod. 19 dicit Deus ad Moyensem: *Veniam ad te in caliginem nubium, ut andeat mihi populus loquens te: tem ad te, & credat tibi in perpetuum. Descende & concessere populum ne forte velis transcendere terminos, & pereat ex eis pluri- ma multitudine. Sicut eates, dotes, quoque qui accesserint ad Dominum, sanctificentur, & ascendentes, & Aaron tecum.* Vbi manifeste apparet, inquit Panigarolla disceptatio eius 6. parte priore, ad montem Conciliorum, in quibus sermones habentur cum Deo, sacerdotes ascendentes Lucæ 13, ite, ostendentes *Gos-San-  
cerdosibus* Matth. 8. *Vide nemini dixeris, sed vade, ostende te Sacerdoti, & offer-  
minu. Et si probatur auricularis confessio, à Bellatino, Panigarolla, Ecclio  
aliis: tamen Aphonsus de Castro negat satis efficaciter reuinci haereticum.  
Dixi: Paulus 2 post. ad Timotheum, *Nemo militans implicatur vita negotiis,  
vitae placit, & à quo deletus est miles similitudinem deducens are militari. At  
isti non nisi metaphorice audiunt & legunt distortissime, Nemo militans Deo  
implicetur in negotiis secularibus: vita placeat, cui se probauit.* Cita quod ut doceant,  
non esse clericis permittendum matrimonium: à Lotichio etiam, ut prober  
quod semel sit dicatum Deo, non esse ad humanos vius vterius transferen-  
dum, id est Sacramentum ordinis imprimere characterem. Nam hæc eius  
est admiranda Logica.*

VII. Hactenus *n* σχῆμα τῆς λέξεως. Transeo ad Sophisma παρὰ τὸν  
ἀποφέροντα. Cap. i. posterior Petri: Dabo autem operam & frequenter habere  
vos post obitum meum, & horum memoriam faciat. Sic barbari, & καὶ οἱ νό-  
δοι veritatis Latinus interpres. Sunt autem ita constituta; ut illud, habere vos,  
connectatur cum & horum memoriam faciat: ac proinde non ut ego habe-  
am, sed ut vos habeatis, id est, possitis ex idiomate Graeco. Et ruris illud,  
post obitum meum, cum habere vos. Senitus: Dabo operam, ut vos possitis post  
mortem meam horum meminisse. At contra Sophista connectunt, Dabo  
operam habere vos post obitum meum: id est, ut ego habeam post obitum  
meum: vel certe, Dabo operam post obitum meum habere vos, id est, ego post  
obitum in eum curabo, ut vos habeatis. Atque inde probant Sanctorum in-  
tercessionem. Richeomus de Sanctis, cap. 10. & Bellarminus de Sanctis lib.  
i. cap. 18. & Colferius Enchiridij, cap. 12. At Bozius de Signis Ecclesiae lib. 18.  
indidem probat successores Petri, idem ius habere cum eo. Ad Philippen-  
ses 4. Ettam rogo & te germane compar, adiuuallat quæ mecum laborarunt in  
Euan gelio, cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis. Quid erat (inquit Bo-  
zius de signis Ecclesiae lib. 18. c. 3) quod Clemens adiuuaret eas mulieres,  
quæ Philippis erant longe ab ῥβῃ positæ? nisi quod Clemens non modo  
erat Episcopus urbis designatus, sed & ad eum pertinebat iam haberetur  
cum omnibus. Ergo sic construit: Rogote, germane compar, cum Clemente,  
& ceteris adiutoriis meis, adiuuailas quæ mecum laborauerunt in Eu-  
angelio. Atqui omnes hactenus longe mollius, faciliusque, & vitata mo-  
le, ita illima traectione, copulauerant ita, mecum laborarunt, cum Clemente,  
Genesios 4. Sed sub te erit appetitus eius: & tu dominaberis illius. Hinc Bel-  
larminus de Gratia & libero arbitrio lib. 5. c. 8 probat concupiscentię ratio-  
nalē animam naturaliter dominari. Nimirum, quia præcessit: in ferribus pec-  
catum aderit, ideo eius, referunt ad peccatum: Quoniam tamen valde in proprie-  
datur ΠΝΩΤΗ ΗΓΡΙΩΝ: quo fit, ut longe aptius intelligatur de Abele, qui  
minor nau, si autem naturæ subiiciebatur. Tertullianus contra Marcionem  
lib. 4. Acceptum panem, & distributum discipulis, corpus suum illud fecit; Hoc  
est corpus meum dicendo, id est, figura corporis mei. Perculit Transubstantia-  
tores tam perspicua μηθανε: Itaq; ad artes suas conuersi. Coconjunctivæ verba  
sunt Bellarminii cap. 7. li. 2. de Eucharistia illud figura corporis mei, non  
cum voce prōxime prædicente, corpus meum, sed cum pronomine hoc, ut  
sistic sensus: Hoc, id est, panis qui olim fuit figura corporis mei, nunc  
est corpus meum. Atq; ita fieri, ut Tertullianus in hoc enunciatio: Hoc est  
corpus meum, intelligat Hoc, dictum de pane, non quem Christus in mani-  
bus accepserat, sed de illo quoniam olim, tempore Prophetarum, exstiterat  
in rerum natura. Quo nihil absurdius dici, cogitare potuit. Nam primus  
Tertullianus diceret, accepit Panem, & distributum discipulus, corpus  
suum illum fecit. Deinde de pane veteri figura loquitur tautum aliquo

VII. Longe frequentissimum Sophisimū *mētērō tū' op̄an̄sp̄ia*. Hic vero regnāt. Ecclesiam Christi cōf. in terris vīsi. Iem Lorichius in Fortalito probat, ex Numer. 20. *Cur eduxisti Ecclesiam Domini in solitudine?* Ex primo Regum 8. *Rex benedixit omni Ecclesia Israel stabat.* Matth. 18. *Dicit Ecclesia.* Atqui quām quāritur de Ecclesia, visibilisne sī an inuisibilis? Catholica est intelligenda, quā significet vnum corpus, compositum ex omnibus fidelibus ab initio ad finem mundi, ne exclusis quidem Angelis. At Ecclesia vocabulum est *mētērō*. Alias enim significat cōstum simpliciter, vt in Numeris & Regum 1. Alias quamlibet Ecclesiam particularem, puta Romanam, Alexandrinam, Coriuthiam: vt Matthaei 18. Et hoc gemino tensu nemo negavit Ecclesiam esse visibilem. Quoties de Sanctis disputatur, plurimos corrundat Scripturis locos, vbi Sancti nominantur. Costerus ē Psal. 149. *Exaltabunt Sancti in gloria:* capite Enchiridij 14. Bellarminus de Sanctis, lib. 1. cap. 19. Panigarella Disceptatione 13. ex Iō. 5. *Ad aliquid Sanctorum concursum.* Eccl. Enchiridij cap. 15. ex Psalmo 32. *Pro hoc oportebat ad te omnis sanctus in tempore opportuno.* Bellarminus de Sanctis, libro 1. cap. 19. & Richelomus de Sanctis, cap. 12. ex Dionysij Areopagitate, cap. 7. de Ecclesiastica Hierarchia. In possib. lūm superflua spē ille suspensus est, qui Sanctorum flagiat p̄ces, & nature i. sōrum cōsentaneas sacras operationes abgit. Atqui his omnibus locis Sancti intelliguntur in hac vita positi: Papistae vero disputant de Sanctis translatis in alteram, beatamque vitam. De Cruce. Richelomus de Imaginib. cap. 34. & 39 item Lorichius in Fortalito de Cruce hæresi 1. ex 6. ad Galatas. *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Costerus Enchiridij cap. 13. ex tertio ad Philippienes. *Inimici crucis Christi.* Vbi tamen non sigillum vllum crucis significatur: sed quicquid in cruce Christus est passus.

VIII. Boenigerus contra Plessi librum primum, capite septimo. Martyres sunt viui: Licet autem precari bonos viros viuos: ergo & Martyres. Quasi eodem sensu eodem modo viui Martyres dicantur: & viri boni. Bellarminus de Pontifice lib. 4. cap. 3. illud ex Luce 22. *Et tu aliquando conuictus, confirma fratres tuos;* audet referre, non ad penitentiam Petri, quonodo omnes haec tenus, quum Veteres, tum Novi: sed ad reliquos Apostolos: vt sensus sit, quando videris aliquos nutantes, & vacillantes, tu ad eos conuersus illos confirma. Bella minus de Clericis cap. 19. illud ex primo ad Titum, oportet Episcopum esse continentem: & Tertianus pro Canonibus Apostolicis lib. 1. cap. 1. illud ex Actorum 14. quum dicitur Paulus disci. uisse eorum Felice & Drusilla, de iustitia, continentia, & iudicio futuro: utroque hoc loco interpretantur continentiam de virtute speciali etiam uxori propriam non tagendi. Nimirum, quia sic iam prius mos est, continentiam nominari apud Papistas. Ex quinto ad Ephesios quousque est, qui non recitat, *Sacramentum hoc magnum est,* ut probet Matrimonium esse Sacramentum? Atqui Paulus *μετέπειαν* non ita intelligit, sed generaliter arcam: quomodo eiusdem Epistola primo *γνωρίσας ιδεύειν τὸν πειρατόν Εἰδοπόλεων αὐτῷ:* ut notum faceret vbi Sacramentum voluntatis sua. Et illud Actorum 13. *λειτουργώντων αὐτῷ,* quis non interpretatur de Sacrificio Missæ, quia *τὸ λειτουργεῖν* aliquando sumitur pro *Sacrificare?* Displicer enim illis Chrysostomus, qui interpretatur *προσευχήσθαι.* Stapletonus in Relectione Principiorum Controversia 3. quæst. 2. articulo primo, successionem Cathedrae Petri agnoscens Chrysostomus, at lib. 2. de Sacerdotio, Christum ouium suatum curam tum Petro, tum Petri successoribus commisisse. Quasi nunquam successores nominentur, nisi qui in eadem sedent Cathedra. Ludit ergo in ambiguo vocabulo successorum, & quidem non usurpat à Chrysostomo, qui non *τὰς Πίτης Διδόσκους* nominauit, sed *τὰς μητράς αὐτῶν*, quicunque post eum erant venturi.

XVII. Καλὸν ὑπὲκφαλὸν, αὐτὸν ἵχιφαλὸν τοῦ ἵχει, inquietabat apud Aësopum vulpecula. Quid ni de Papistis Catholicis? Apud quos hæc iam infans narratio fidem inuenit? Orram è Nazareth Virginem, scio dictum & veritatem: arque esto sicut. At in matris domo filium nutritum, videretur alienius. Nam in viri domum uxores transire quis nescit? Sed Apostolos consecrassæ Ecclesiæ lapideam, estne qui possit pro certo habere. Tursellinus capite primo libri primi Laurentianæ historiæ: sed dixit tam bruitur, tam præcipitu festinatione, ut vix dixisse videatur. Atqui lapideum

Ecclesiæ in Christiana historia nulla mentio, nisi aliquot seculis exactis. Magno honore cultam, si opus est faceri, qui factum ut Veterum nemo: protinus, inquam, Veterum nemo antiquus Pater eius meminerit? Ut Turfellius coactus sit Nicæphorum testem laudare, à quo habet ab Helena per amicum excitatum templum. Qui testis, cum scripsit post secula tredecim, quid potest fidei mereretur: ubi tam remoti ævi: & quidem in tanto aliorum silentio? Addo eidem d' Eum, *Et salutatio Angelicæ domo reperta, Dei genitrici per amicum excitatum templum.* Vbi nota repartam do-  
mum: nempe quomodo repartam c. uem. Ignoram ergo ante id tempori-  
ris. Vbi ergo perpetua veneratio? Mirum autem toties mutato loco opus  
fauisse: & tam sèpè fructu Angelorum operam, imo Virginis consilium. Et  
vero notat Turfallius, nemus illud mille non amplius passus distare Laure-  
to: collem fratrum, intra ipsam urbem esse. Quod certe non est tantum spa-  
tium, ut non potuerint latrocina inhiberi. Quanquam hodie magnus nu-  
merus est locorum in desertis, ut ita dicam, locis, à quibus ramea non ex-  
ultat superstitio: & mitum est, tunc temporis tam frigidos fuisse Christianos,  
cum hodie nulla possit Turcaram durities inhibere peregrinos a locis,  
quos appellant terræ sanctæ Denique valde velut apud Papistas defiuitum,  
cur potius interfuerit Virginis transferri haec domunculam: quam Christi,  
hunc sepulcrum.

XVIII. Ab uno exemplo facilis conjectura multorum. Nam, quid non  
fariat ausi, qui vbiq[ue] plebem tam faciem, tam opportunam fraudibus  
offendere? Scripterunt nonnulli, teste Mutio Chroanicorum Germanicorum lib. 8. Carolum Magnum prosculum Hierusalem, mulas inde secum  
reliquias asportasse; quæ ad hanc usque diem in quibusdam Germania, Gal-  
liaque Ecclesiæ maioriis ostentantur: Gobelinus Cosmodromiæ ætate 6.  
cap. 40. diserte notat partem de Corona Domini, camisiam beatæ Virginis,  
brachium Sancti Simeonis, Aquisgranum recondita in Ecclesia Sanctæ Ma-  
ritæ Virginis. At Vespri monasteriensis ad annum nonagesimum decimum,  
significat eandem camisiam apud Carnutes depositam, eaque vios Carnu-  
tes promilitari vexillo, indeque obsidione liberatos. Vtris credendum?  
An potius neutris? Nam falsum est Carolum Hierosolyma adisse, & aduer-  
sarium omnibus historiis.

XIX. Quanquam non soli Aquisgranenses & Carnutes occasionem  
habent contentionum. Nam hodie Viennenses nostri sibi afferunt Antonii  
corpus integrum: ast Arelatenses apud se caput esse deierant, iubentque  
adorari: quæ magna olim contentio causa fuit, quam vide in Arestis  
Papou, subtilitatem mirantis ludicrum, qui ausi Dionysios distinguere,  
Areopagitam à Coriathio, nime fallit memoria. Similes lusus in Iacobo,  
quem integrum non esse apud Compostellanos nondum legeram. Verum  
Tholosenses nostri, teste Nicolao Bertrando in Tholosanorum gestis, Iacobum  
maiorem totum sibi vindicant, minoris autem truncum: nam caput  
prosternit gratias dedisse Compostellanos.

XX. Otto secundus Imperator, capto Benevento Romam translata  
ossa Sancti Bartholomæi, collocavit in insula. Et tamen Beneventani  
afferunt apud se esse: & illussum fuisse Imperatori ab aedituo suppositis  
alterius cuiusdam ossibus. Ita narrant Gobelinus ætate 6. c. 49. & Krautzius  
Metropolis libro 3. cap. 35 Reliquias Mariæ Magdalene in Provincia Nat-  
bonensi coadias primum Aquis Sextiis, inde translatas in Cœnobium Vi-  
celiacum Legenda habet, & populis ita persuasum. Lazarus quoque corpus  
Massilienses iuvant apud se esse. Verum obstant Orientales, siue Ephesi-  
ni, teste Siebeberto ad annum septuaginta quintum quadragesimum quintum  
siue potius Constantiopolitana, qui ad se Epheso migra se gloriatur,  
translatum à Leone sexto Imperatore, testibus Zonara, & Cedreno in eius  
Imperatoris vita: & Menologio Græcorum ad 17. Octobris.

XXI. Iam vero Franci nostri, quid sanctius Dionysius Areopagita,  
Apostolo suo? Illo apud Parisios securi percussus: illo, qui caput recusum pro-  
priis manibus gestasse dicitur ad duo millia passuum, apud Harænum no-  
não Octobris? At Ratisboneenses huius reliquias esse suas parati sunt quo-  
vis sacramento contendere, translatas apud se ab Arnulfo Imperatore te-  
ste Krautzio Metropolis lib. 3. cap. 8. Quoniam lice mota secundum se  
iudicatum ostendunt à Papa (quanto, quam certo iudice?) Leone nono, te-  
ste eodem Krautzio Saxoniz lib. 4. cap. 35. sed & Baronio, anno millesimo  
quinquagesimo secundo: descripte diligentissime Papæ literas in eam  
rem: in quibus videoas infinitum veritatis inquitenda studium: inspecta scri-  
pta, scrinia, capsas, thecas, titulos, epigrammata, picturas, sculpturas, &  
quid non? Addita portenta, prodigiaque diuina, quæ dubium omne peni-  
tus abigerent His omnibus visis, palpati, ponderati, taudenti, de scirio il-  
lo iuri humani diuinique, pronunciatur magnifice, Dionysii ossa venerabili-  
bia, excepta particula unica, eaque minima, manus dexteræ, Ratisponæ es-  
se ad Diuini Emeriti. Hoc tanquam fulgere prostratus tantus Apostolus,  
relicto suo in Gallia magnifico βασιλεῖ, cōgitus exul alieno teatro vti: for-  
te nec sua quadra vivere. Sed repugnat tamen magnis animis Parisienses,  
pro suo iure, quæ soliti sunt Romanorum Episcoporum decreta non puta-  
re omni exceptione maiora. Rigordus enim de gestis Philippi Augusti, te-  
statutum cum hæc inquisitio hieret à Papa in Germania, fuisse in Gallia  
diligenter ab Henrico primo Rege vestigatum præsentibus Imperatoris leg-  
atis, inventumque & agitum eius Dionysii corpus integrum, exceptis  
duabus ossibus de collo, quæ essent in Ecclesia Vergiacensi, & osse quadam  
brachii, quod Stephanus Papa tertius Romam deportasset. Quanquam Krautzius Saxoniz. cap. 6. recitet à Carolo Simplice missam tuisse ma-  
num eius corporis ad Henricum in Germaniam, quam qui primus auulserat,  
tactus fuerat perpetua amentia. Addidit verba, Primum translato beati  
Viti corpore sub Pio Ludouico in Corbeiam, omnia Francorum fortuna ad Saxones  
demigravit: nunc quod reliquum fuit Francia regibus, apud te nouerit collocatum.  
In tanta rerum & animalium d' sepeptaria, magno se iudice quisque tueretur.  
Hoc scio non magis Francos de suo Dionysio cœsuros Germanis, quicquid  
Baronius, magnus Annalium helluo, testatum reliquerit, quam Hispanum  
regem Papæ de Regalibus Siciliæ.

XXII. Nouit Alexius Baronius: & meminit simile certamen fuisse  
de corpore Benedicti, & quidem aliquot per secula inter Cassinenses & Flo-  
rienses. Itaque medietate in pietate regi annis obiūnctorum en pietatis exortatorum  
, magno, imo educto spirito, ut virum notis pietatis famosæ:  
Deo, inquit, ista permittente omnia ad maiorem gloriam sanctorum suorum:

quasi dicet, Dabo probari imposturas, ut confirmetur idolatria.  
XXIII. Ita est sane: permittuntur illa à Deo: quis neget, qui etiam im-  
manem manifestamque idolatriam permisit Et hinc? Qui nihil non  
permisit sceleris vagari per universum orbem, variis & temporibus & locis,  
si minus in sanctorum, certe in suam gloriam? Quin vterius non possumus  
non admirari arcana eius iudicia, immittentis efficaciam deceptionis, ut  
credant mendacio, & damnentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed  
acquiecerunt in iniustitia.

XXIV. Itaque non mirum in tantam abyssum deuenisse idololatrias:  
quos, qui historias voluntarit, non potest non obseruasse: ita fuisse demen-  
tes, ut huic vni reliquiarum multiplicatione studiose incubuerint; vix reli-  
lus fuerit paulo longius peregrinatus, qui non sacrifical domum reuehe-  
ret: quod si haberet gratias non posset, vel ingratis auferret. Sic olim in Pro-  
vincia dicuntur Massilienses conati surripere ampullam sacram, quæ est ad  
Sancti Maximini, quo factum, vi quoties illa magnifice ostentatur, clament  
ciues eius oppidi magno boatu, Fore Marseilles, Fore Marseilles, id est, Massiliens-  
es exiit, exiit Massilienses quasi quæ religionis sunt Christianæ Schismatis  
occasione adferant. Conradus Abbas Visperges sis ad annum millesimum  
centesimum non agsum oītaū: Quodam Abbas Cisterciensis ordinis de  
loco qui vocatur Paisiūs, inn more Vosego constituta (id Cœnobium Gunthe-  
rus in Historia Constantiopolitana docet esse in Episcopio Basilensi) plu-  
rimas reliquias ad monasterium detulit qui adhuc continentur ibidem. An furtiva  
sint iudicet qu'il git. An delict dominus Papa talem rapinam in populo Chris-  
tiano factum impotuerit iustificare, sic ut furtum Israelitici populi in Ægypto insti-  
catur auctoritate divina. Magna vero, & ardua quæstio, cui miror non prouidisse  
saltem sanctissimam illam Synodus Tridentinam.

XXV. Quanquam præcatum videatur autoritate Leonis noni Ar-  
nulphum raporem reliquiarum Dionysii adeo non improbante, ut vix ab-  
sit à laudante, Preiosum thesaurum vos perdidisse fatemur, inquit scribens ad Gallos, quam Epistolam suis dignam reputauit Baronius annalibus, Sed  
ablatoru attendit dignitatem, simulque Patri & Apollinis vestrigloria conga-  
dere, qui cum vos meritorum atque doctrina sua gaudia ditanter, & reliquiarum  
suarum \*\*\* & apothecas, tam deuotum furem sui corporis habet, quam in-  
signem auro utique. & topazio meliorem, qui sui valoris ad offa sancti sima sub-  
trahenda Cœsarum etiam verticem inclinavit. Nec maiestas imperialis, nec  
regia celsitudine p[er] fures hic nosam aut nomen erit in Arnulpho, dummodo beati  
corporis oib[us], vel dolis vel furti, vel sacrilegio modo, sacrari atque difere-  
rebetur. Quis fures atque sacrilegi s[unt] erat solitus condemnare, dummodo macarii.  
Dionysii pretioso corpore frueretur, sur ipso: tunc fieri & sacrilegus non contempst.  
E[st] zelum! en p[er]petrat! Egregiam vero laudem! spolia ampla! dignissimum  
scelus, quod Imperator admitteret: quod Papa sanctificaret, & in per-  
petuum religionis exemplum propagaret: & adstrueret, non tantum futto-  
sed etiam sacrilegio quosdam sacrari. Nam dilectio nemo miratur.

## Cap. XII.

## De Imposturis Reuelationum.

I. Adam aliud imposturæ genus Reuelationes, cum siue ex somniis,  
sive ex visionibus extraordinariis, si non veris, at lepidis, lepide  
adornatis, confirmatae sunt, quæ plebi obtrudentur nudæ: quid nugas  
dico? etiam sacrificia. Quarum reuelationum fabulas, si vel relegerit quis-  
piam, non ipse sideratus, mirum ni absque monitore statim imposturam ol-  
ficeret. Adscribam exempla pauca.

II. Baronius ad annum viceustum quartum seculi undecimi obser-  
uat: Benedictum octauum post obitum apparuisse per speciem nocturnæ  
visionis Ioanni Portuensi Episcopo, atque aliis duobus, quorum no-  
mina nullæ sunt, magno Papisticæ dignitatæ præiudicio, cuius sanctitas  
iam non potuit duobus aut tribus testibus stabiliri. Sed his tamen signi-  
ficasse se à purgatorio liberandum beati Odilonis venerabilibus meritis:  
ita enim esse decreatum in superna censura. Itaque Odilonem iussisse in uni-  
uerso ordine Cluniacensi fieri Psalmodias, & orationes ab omnibus cum  
publice cum priuatim, elemosynas erogari, sacrificium offerri. Ecclesiæ  
nimurum intererat rem tantam prædicti: sed nihil actum videbarunt tamen,  
nisi exitus fieret certus. Itaque huic etiam parti prouisum. Hildebertus  
quidam Monachus per soporem vidit (nam cum, puto, maxime diui-  
nis illustratur radiis, cum maxime sterrunt Monachi) vidit, inquam,  
quod quidam pulcher & serenus aspectu, & solenni quodam nitore con-  
spicuus (& rideat isti Nouatores purgatoriis vim, unde tam nitide exent  
animæ?) claustrum monasterii magno candidatorum agmine consti-  
putus. (& oblitus est somniator dicens vitrum esset ex purgatorio cum eo li-  
berari, ut æmulus Christi etiam ipse captiuum duceret captiuitatem: an po-  
tius è celo beati obuiam fuissent tam recens purgato capiti Ecclesiæ,) in-  
grederebatur in capitulum, ubi Odilo cum fratribus residebat, intraret,  
ad eius genua caput humiliiter fleceret, & gratias ageret (mirum ni etiam  
mutuum polliceretur mox futurus sanctus, ac proinde Mediator saltem  
intercessiois, cur non enim mutuo muli;) Cum autem quæteret, quis  
hic esset tam nouus, tam splendidus hospes, responsum fuisse. Benedic-  
tum summæ sedis Episcopum, qui & Tarrare cruciatus (En quā subito ab extremito in extremitum, è Tarraro in cœlum!) E: hoc negent heretici? Et  
impugnent hereticis suffragiorum vim infinitam! euasisti interitum (tunc  
enim, puto, nondum fides certa Purgatoriæ ciues certos esse de salute  
sua) & cum beatis cibis quietus supernæ Hierusalem meritis ingre-  
sum. Plaudite. Acta est fabula. Non erubescunt obrectatores summorum  
Pontificum; Gentem duram!

III. Año eiusdem seculi trigesimo octauo, cum Pythagoras Seruus  
nescio cuius Sergii magistri militum (mitramini nouum dignitatis genus:  
sic enim opòrtuit somniantes monachos res habere cognitas militares)  
iussus esset retia colligere sub vesperam (credo, tunc retibus pugnatum  
esse cum hostibus, non enim frustra somniantes monachos retia habi-  
sent seruo magistri militum) obuiam habuit monachos reverendu-  
m, atque habitu, quos iussus sequi in intérieur sylam, peruenit ad la-  
cum cœnorum, ac fœtidum, aspectuque terribilem: ibique Pandulphus

## LIBER DECIMVS SEXTVS. CAP. XIII.

343

**C**aput enim principem ferreis nexibus vincitum, cenoque ad guttur demersum (in loco refugii ergo, non in inferno, aut Purgatorio, ubi nullum cor sum, sed ignis est) vidit duosque negatim spiritus (ita dicunt pia- gi apud Septentriales, cum Aegiope malorum albos) retortas ex agresti- bus viciis facientes, cumque per guttur ligatum in profundum demer- gentes rursusque extrahentes (vide spirituum sagacitatem, qui ne cogeren- tur ipsi intra corsum esse, retortis vibrantur laudo.) Hunc interrogatum, respondit: ea pati, tum propter alia scelera, tum vero propter aureum cali- eum ablatum a Monasterio Benedictorum. Egregiam proportionem: & valde dignam iudicio diuino.

**I**. Anno dein quadragesimo primo Conimbricam obsecram à Mau- ris, conservatam ab Apostolo Iaco, constituit argumento eviden- ti. Nam, credo, intererat multum, ne Deus cederetur conservasse. Sed id constituit, cuidam Græco dubianti, dicentique Iacobum piscato- rem fuisse, non militem. Immanem sane blasphemiam, & dignam ita monastica! Is ergo Græcus: & attendite, quæso, argumentum eu- dentissimum, & supra omnes Mathematicas demonstrationes. Is ergo Græcus in somnis (& erede obdormisse sobrium: ne crapula office- ret somni veritati, quanquam omisit autor dicere) visus est videre Iacobum armati hominis specie pugnare pro Christianis, quo tempore Fer- dinandus Rex Castiliae potitus est ea ciuitate. Egregie: visus est in somnis: visus est pugnare: ergo is ipius fuit, qui Conimbricam tutatus est. Nemo iam mutat.

**V**. Anno quinquagesimo quinto, quidam religiosus vir (nomen perit mihi: imo non mihi, sed Baroni: factum male) per spiritum ad inferio- ra descendit. O sortem iniquam! Nam hic vir religiosus si per eum spir- tum ascendisset ad superiora, enarrasset illa arcana, quæ olim Paulus in- uidit Ecclesiæ. Eo ergo cum descendisset vidit Comitem nescio quem ex Teutonicis partibus (credo tum temporis nulla fuisse hominibus nomina: alioqui & viri religiosi, & Comitis Teutonicæ, non tacuerint diligen- tes historiographi) qui credebat laudabiliter vixisse. Et vidit in sum- mo gradu scæla: non ludieræ illius néeres, apud Aristophanem, in qua Socrates erat ἀσεβατός, τοις φρεγάνοις τούς θύλας. sed alterius, quæ inter stridentes & crepitantes vltices incendi flammæ (sic enim oportuit: φω- καίς) videbatur erecta, ad suscipiendum omnes ex eo comitum ge- mere, ita ut novissimus quisque decedens primum gradum occuparet (an quia nouis hospitibus ita gratificatur Tartarus;) atque ita singulis suo ordine decedentibus priores imo gradu descenderent in tettum Chaos (detruiti enim quemquam repente in profundum fabula est, puto) im- mane barathrum, infinite patens, atque in profunda demersum. Cum il- le quidam religiosus, ab hoc quadam comite caussam quereret, respon- sum est, ob quandam Merenfis Ecclesiæ possessionem, quam Beato Ste- phano abstulerat ex maioribus eius Comitis decimus ab eo. Et negat quisquam conseruando esse suos Ecclesiæ reditus: quorum a latio puni- tam in deicimam generationem, cum Idololatriæ lex diffusa tantum quar- tam assignariet?

**VII**. Anno septuagesimo / nam fertilissimum hoc seculum fuit huius- modi imposturarum Andreas nescio quis diues, tota vita corruptus, adeo vraniām oneri, corpus haberet voluptati, & præter nomen Christiani- tatis, & emortuam fidem, religionis nihil ei videbatur inesse, exceptio quod beato Cesario martyri deuotus, Ecclesiam eius frequentaret. Huius Andreæ mortui cadaver cum in terram deferretur, subito surgit in fere- tro (an quia solitus membris solerent homines sepeliri? declarauit se, cum duceretur ad terrible Christi solum iam iam damndamus, Cæsarium pro- cedisse ad pedes Domini, ostentasse suorum stigmata vulnerum: dixisse, O Clementissime Domine, tremendi nominis tui causa hæc quondam li- benter excepti: nec erat vlla reluctatio mentis; dummodo temporalium tormentorum asperitate corpus semel enecatum, nullus deinceps tristi- tia stimulis vel animam, vel carnem, te præside, afficeret. Quid itaque ré, qui pius es, inspiciente, nouis in corde doloribus deuuo premor? (No- tabeatos spiritus, esse etiam in beatitate nouis dolobus obnoxios. Vi- gilem Thesologi, duri Monachi narrant somnia). Ecce, qui meo eruditus patrocinio vitam suam mihi commisit, ex integrō præcepis impellitur ad inferos: iamque merito stultitiae arguitur, qui vana spe seductus me co- luerit, vt viæ sue gubernatorem, quem in alleud saltem suppliciis habere non possit intercessorem. Hac tam elegante, tam eloquente, tam vehemente, tam Tulliana oratione, percusus Dominus, Andreæ veniam concessit, redire iussit in corpus, vt quisque monitus salutis suæ curam maiorem susciperet. Ut Deum ludos faciunt scelerati, quo illudant ho- minibus. Enimvero, quantum scelus est huius Cæsarii, sua stigmata tam audacter ex robstant? Videlice ex claustro prodit, vbi aequaliter illud sonat, sumus seruus inutiles. Se frustra cultum dolet: non dolet Deum omni- no nra cultum. Siccine beati? Itane in cœlis sancti se coli amant, pie coli susque deque habent? Et tamen qui sic proficitur Deum colere, iis Scriptu- ra docuit illud forte certum, Non nouis vos. Denique unde factum dicemus, non meminisse Dominum illius olim Apophthegmatis, Mosem habent & Prophetas? An ei annorum mille interstitium memoriam obliterauerat? En- tibi Monachos pios!

**VIII**. Seculi noni anno quinquagesimo quarto, longa texitur fabu- la ex Ioanne Diacono, de Ioanne presbytero, & Andrea Medico: quo- rum ille quum scoro foede abusus incidisset in podagrum: & medico- rum manu cauteratus (sic enim tum temporis cauterio curabatur for- me podagra: nunc enim alii mores obtinuerunt) caleem multam (nora mi- taculi nouum genus) effudiens, tandem anno vertente sauitai restitu- tus, scortum rursus noctem rogauit: somno tamen impeditus, loco & tempore adesse non posuit. Tum vero Gregorius Maganus iam olim vita functus, in somnis appareas cuidam presbytero iussit hunc Ioannem ad- moneri, vt sua disponeret, moriturus die tertio. Dicitum, factum. Ioan- nem vehementissima febris inuadit, in agoniam venit, (deliquit, op- mor, dictum oportuit, sed feruidus zelus narratoris menteum lingua- que turbabat) Respirans post paulo, mira narravit de Christo, de An- gelis, de Diabolo, de Iudicio: de purgatione sui per omnia accusationis capita, excepto uno, à quo nequitur absolvi. Hoc tantum, tam grande, & tam immane peccatum cum nollet fratribus quæreatibus confiteci-

Andreas medicus incidit ipse etiam in grauem morbum: & satetur se cura- illo Ioanne surripuisse quasdam Monasteri Chartulas, extranseq̄e certo prelio tradidisse.

**VIII.** Petrus Damianus, Epistola decima, libri primi, narrat Beneuen- ti presbyterum quandam sanctæ conuersationis virum, cum Missa- tum solemnia celebraret habuisse Angelum ex consuetudine assisten- tem. Tandem aliquando cum esset lapsus in luxuriae peccatum, à Prin- cipe Beneuentano visum hunc Angelum, spongiam aqua tumidam su- per presbyteri caput exprimentem, totum eius corpus terendo pur- gare: explesis autem mysteriis, eadem spongia rursus compressa, omnes fortes, quæ prius erant absterse, refundere. Eleganter: venuste: mirifice. Vos eratis ridiculi olim boni Patres, qui nihil tale somniantes, tantum docebant è Scripturis, virtuti Sacramentorum non obstatnequitiam mi- nistrorum.

**IX.** Carolo Martello odium cleri conciliavit distractio bonorum Ecclæsticorum. Hanc iniuriam illi vlturi, simulque vt deterrent alios, ne quid simile auderent, commenti sunt, eius Caroli damnationem æternam, vt daret poenas in igne, tum anima, tum corpore: longum enim nimis erat resurrectionem expectare. Qui scitum? Nempe reuelatum Eucherio Aurelianensi Episcopo in oratione positio, cui interroganti cau- sam responsum ab Angelo, Quis sanctorum iudicacione qui in futuro iudi- cio cum Domino iudicabunt, quorumcumque (puto legendum, quorumque) res abstulit ac divisit, ante illud iudicium anima & corpore semper iteris poenas est deputatis, & receperit simul cum peccatis suis poenas propter peccata omnium quæ res suas & facultates in honore & amore Domini ad sanctorum loca lumina- ribus diuini cultus, & almonias seruorum Christi ac pauperum, pro animarum sa- riarum redēptione tradiderunt. Elegans: quod eam non elegans Monachorum inuentum? Sed vnum improuide: quod qui non esse, sed fu- turi dicuntur iudices in futuro iudicio: tamen ante futurum iudicium iudi- care dicantur.

**X.** Sed me vide. Idem ille Baronius, qui superiores nobis recensuit, & proveris obrusit, huic vni pondus detaxit anno septingentesimo qua- dragesimo primo, paragrapho decimo octavo: docens esse fabulam, hoc maxime argumento, quod Eucherio superstes fuerit Carolus annos minimū decem. Viderit zelus Patrum, an nos eorum interfici Baronii audaciā coercere. Nam si locum obtinuerint, dicent non hæretici tantum, sed etiam Principes, illud solueat. Ex una disce omnes: & sic nemo abstinebis à dilapidatione bonorum Ecclæsticorum: magno incommodo lumina- riū, & pauperum, & seruorum Dei: adde, & canum, scotorumque Episco- palium.

**XI.** Petrus Cluniensis libro primo, de Miraculis, capite vigesimo quarto, Guidonem recitat Episcopum Gebeñensem appauissim cuidam presbytero, proficisci ad Synodus, significasse precibus eius Concilii se cruentum à tormentis quæ multa post obitum suum passus esset, & Nourrit autem inquit, me ad agendam penitentiam Cluniacum iturum, & inde ad eandem peragendam Hierosolymam transiit. Obstupu. Post mortem penitentiā agi: Post motum peregrinationes fuscipi. Nouus Theo- logi scrupulus. Viderint. Post, capite vigesimo octavo, cuidam Engel- berti Hispano narratur apparuisse Sanctus famulus, diuertens aliquantulum ab iriāre (nam cum aliis plurimis Castellam ibat datum pœnas meritas: An quia Castellam erat translatum purgatorium) rogasse vt si- bi laboranti subueniret: roganti aperte nonnulla de Petto de Iaca & Bernetio: sed pergentem interrogare etiam de Alfonso rege, alias qui- dam ex eius itineris comitibus interturbauit: &, Noli, ait, hoc ab isto quare- re quod ignorat: quoniam recens eius ad partes nostras aduer- tere hoc ei notum fieri nondum permisit: miki vero, cui à die oblitus mei quinquennalius cum huiusmodi spiritibus mora plura quam isti nouiter nota fecit, quod de rege queris, igno- tum esse non potuit. Ea tibi aliud mysterium: in purgatorio itidem vt in hac vita, pro ætate alios spiritus esse alios peritiores.

## C A P. XIV.

De Miraculis.

**I.** Aliam Antichristi notam Miracula constituunt. Paulus. § 19. In pœniten- tia regis evaginat & exalat, ex mortis duabus uis: regi onus, regi rigor: & dñe, Cuins aduentus est ex efficacia Satanae, cum omni potentia, & signis, ac prodigiis mendaci. Ioannes Apocalypsis decimo tertio, Edit signa magna, adeo ut etiam ignem faciat & cito defendere in terra in conspectu ho- minum. Et seducti incolas terra, propter signa quæ datum est ei, vt faciat in cons- spectu bestiarum. Et Dominus noster Matthæi vigesimo quarto, Surgenti Pseudo- christi, & Pseudoprophetæ & edent signa magna, & miracula, adeo ut seducant, se- feri possit, etiam electos.

**II.** Est igitur & certum & perspicuum Antichristum autoritatem suis imposturis conciliaturum, additis prodigiis & miraculis: quibus iam- dum experientia docuit mirum in modum percussi hominum animos, arque in omnes partes impelli. Sic non tantum multæ turbæ Domibus affectabantur vera edem em miracula, eiusque Apostolos: sed etiam variis seculis variis impostores operibus patratis, quæ eis non essent miracula, tamen erant mira, non priuatis tantum hominibus, sed vniuersis populis imposuerunt: atque adeo hinc Simoni magno Deo statua Romæ posita. Hoc igitur prædictum valde intererat, vt ne nisi nostra culpa peri- re nos d. camus, si perimus ab Antichristo, ut pote probe admonti. Non enim semel dictum. Et quidem Christus veris suis miraculis tum sibi, tum suis Apostolis, vt dixi, autotatem conciliauit: sed ab initio: quum oportet refractarios hominum animos magna vi concuti ad nouam excipiendam doctrinam, imo & in multis contrariam ei quam imbibent. Sed ita confirmato satis Euangelio paulatim subtraxit id domum, adeo ut aut nullum aut rarissimum sit. At Antichristus, quasi de integro concionandum esset, & nunquam religionis nomen auditum, ad miracula con- fugiet.

**III.** Porro duo dicit Paulus. Primo aduentum Antichristi futurum ex efficacia Satanae. Numirum, quia solet Scriptura, vt omnis boni origi- nem re-

mem referre ad Deum , sic omnis mali ad Satanam . Hic vero maxime quum  
describitur rerum is status , qui maxime sit Ecclesiæ Christianæ contra-  
rius , quemadmodum Deus per Apostolos & reliquos ministros operatus  
est , vocandis hominibus ad veram salutem : sic per Antichtistum , eiusque  
satellites Satanæ omnes suas vires exseret , insidem seducendis à salute ad æ-  
ternum incertum . Διὸ μήτε γέλεσθε , inquit Occumenius , παντας προφῆτας ὁ  
Διάβολος . In medio eius omnia faciet Diabolus : vel potius , per eum tanquam  
medium , & instrumentum . Nam Diabolus fore incarnatum in Antichri-  
sto vetus quidem fabula est : sed fabula . Itaque recte Anselmus : Faciet omnia  
Diabolo instigante . Quomodo dicitur Ioannis 13 . Diabolus immisus in  
cor Iudeæ , ut proderet Dominum , & Lucæ vigesimo secundo , Satanus in-  
gressus in Iudam . Et Actorum 5 . implevit cor Ananias , ut mentiretur in  
spiritum sanctum . Quanquam τὸ γέγονον εἰπεῖν non tantum significat in-  
tentium , sive tentationem , qua cuiuspiam mouetur voluntas ad male a-  
gendum ; sed etiam efficaciam , quæ adebet agenti : ita ut non tantum auto-  
rem . sed etiam οὐσίαν , Antichristus Satanam habiturus sit in operibus suis  
pessimis .

V. Deinde dixit Paulus non simpliciter *dubia*, sed *opere*, sed *rege-  
la*, ut Lucas de Christo Actor. 2. & de Apostolis. Sed *dubia*, *opus*, *opus*, *rege-  
la* & *alios*, *virtutem*, *signa*, & *prodigia* mendacii. Nam Christi & Aposto-  
lorum, erant veritatis. Quanquam Matthaei 22. hæc particula non additur.  
Porro signa illa vocari mendacia docent omnes, geminam ob causam, vel  
quia ipsa falsa sunt, non autem vera miracula, qualia sunt (inquit) Theodo-  
retus *Apocalypsis*, qui ostendunt aurum, quod vere aurum non est, & n*on*  
*aurum* *videt* *nostrum*, *neque* *est* *apostolus* *amator*, quia per illusionem operabi-  
tur, & oculos decipit, inquit O. cumenius. Vel, quia, seruent mendaciam. *non*  
*accipiunt* *quid* *de* *aysois*, *inducant* *in* *mendacium*. Vide Augustinum, 19. cap. 20.  
de Ciuitate Dei.

V. Quorum caput potest quidem trumque esse verum. Nam & doctrinam Antichristi, cui si non probandæ, certe commendanda ista omnia miracula inservient, oppositam Christi doctrinæ, necesse est esse falsam: & vera miracula perficiuntur sola diuina, potestate: qui, ut primum creare sic deinceps naturam immutare solus potest. Vnde neque Angeli, neque Apostoli, miracula illa effecerunt nisi ex vi illa Divinæ potentia: quod & protestabantur Apostoli Acto. 2. In nomine Iesu Christi Nazarenus surge & ambula. Et post, Viri Israelites quæ miramini super hoc a me quid mentis oculos in nos habetis, quasi propria via, a me pietate efficerimus ut hic ambulare? Quix cum tua sint, sine dubio nulla Antichristus vera eder miracula. Non enim sua, non Diabolus virtute, quæ tanta non est: non enim Dei virtute. Nam quis vel cogiter absque blasphemia, Deum communodaturum suam propriam vim virtutemque mendacio?

V1. Verum, quæ falsa sunt, non statim pro falsis agnoscit possunt. Nam Pharaon Magorum suorum opera, æque miracula esse putabat, ac ea quæ Moses operabatur. Et sane videbat omnia paria: atque adeo ipse Moses testatur eos fecisse similiter. Solent enim homines in iudicando suis ini sensibus, iisdemque adhibere fidem: quare deceptis sensibus omnino falsum iudicium necesse est sequi. Si igitur sensus delusi, referant miraculum, omnino & miraculum vulgus credet. Adde procluem lapsum è propinquitate. Nam quia omnia miracula mira sunt: ideo frequentissime, mira pro miraculis sumuntur. Sic vulgo vix persuaderas *καθετοῖς τέρησιν*, *καὶ τὸς ξενίσατες* non patrare miracula. Denique Augustinus, de Cittate Dei, lib. 10. cap. 16. hæc, ex historiis Ethnoricorum decepta, effigies decorum penitentiæ de loco in locum migrantes: Tarquinii cotem nouacula diuidentem: Epidauri serpentin Romanorum legatorum comitem: nauem à muliercula motam, etiamque: aquam cibro haustam: hæc, inquam, Augustinus appellat miracula Deorum genitilium, quæ vi ac potestate eorum fieri sat is appareat. Atque hac sine dubio causa dixit Christus Pseudoprophetas factu[m] miracula: & tanta quidem miracula, ut tantum non seducant electos. Quod qui posset accidere, si agnoscit possent falsa: aut cerre facile agnoscit?

VII. Itaque hoc consultissimum est, ut, omisso priori quae sunt, utrum in se severa sint, an falsa miracula: alteri capiti potius haec eramus: atque ea omnia iudicare aggrediamur ex doctrina, cui commendanda adhuc bentur. Sic Moles Deuteronomii 13. Cum surgens in medio tui propheta, aut somnians sonnum, ediderit tibi signum aut prodigium, quamvis euenerit signum illud aut prodigium, quod predixit at tibi, dicendo, ne quatum Deos alienos, quos non noueris, & colamus eos. Ne auscultato verbis prophetarum isti, aut isti somnianti somnum. Et Paulus 1. ad Galatas, Si nos, aut Angelus de Calo, euangelizet vobis, prater id quod vobis euangelizamus, anathema eculo. Hac igitur nobis esse debet nota, vna instar omnium, secundum quam se cure falsa pronuntiemus omnia miracula, que abducunt nos a Christi doctrina, iam olim ab Apostolis praedicata. Nam & Augustinus *Dea* vsus est cap. 10 lib. 20. de Civitate Dei, comparans deorum miracula, Martyrum miraculis: quod Daemones illa faciebant, ut dii haberentur: Martyres autem, ut non ipsi dii, sed unus Deus haberetur. Itaque statim Ethnici illis suis templis adificabant, statuebant aras, sacerdotes instituebant sacrificia faciebant: at Christiani templo, sed memorias martyribus erigebant, atque illis in memoris non martyribus, verum Deo sacrificabant.

VIII. Iam Papistæ ita subinde miracula intôrnant, vt nulla profusus dubitatio cuiquam possit obuenire, virum hæc nota Pap. in const. tuat Antichristum. Et quidem adeo, vt præter eum neminem. Nulla enim inquam fuit Religio, siue vera, siue falsa, quæ tantam in facie locum messem obicebit orbi. Simon Magus omnium primus, nefandis suis artibus, mira quædam vel effecit, vel ostentauit: sed vix unum aut alterum a veteribus proditum. Marcus postea hac arte imposuit populo. Verum in sanguine elicieendo in vinum à se consecratum vites totas expertus Mahometes, fraxit tantum extâsim, qui morbus erat. At hi pueri, sicut garrientes, prie nostris Papistis. Moses confirmauit vocatio rem suam multis prodigiis. Virginem murauit, percussit Ægyptum sibi prius diuinitate: eduxi aqua non erupere: populum pauit pane cœlesti, & corunicibus: ducem habuit noctu ignem, nubem interdiu: & paucâ præterea. Post eum, Gedeon, Samson, & pauci iudices, nonnulla. Prophetæ, nisi quod prophetaabant, paucissima, Elias, Eliseus, & alii. Christus plurima, Apostoli etiam. Sed hæc si coegerantur in aceruum omnia, vix centesimam partem efficient, eorum quæ a Papistis iactantur, uno tantum seculo, post inuestigatum iconolatriam.

I X. Quid? quod etiam disputant ex professo de miraculis: & hanc partem esse volunt nostrarum controveneriarum? Richeomus tractatum intergrum scripsit Gallice, ut probet perpetuo partati miracula in Ecclesia. Bistodus in Motuis suis locam huic dedit decimum. Costerus cap. 2. Ezechielii, ex iis probabili vult Ecclesia suæ sanctitatem. At Bellarminus de Ecclesia, lib. 4. cap. 14. ipsa per se & scelosum vult constituere notam Ecclesiae vadecimam: & Boz' us lib. 5. de Signis Ecclesie, cap. 1. Denique vix concionatorem inuenias, cuius loquentis ad populum non sint haec partes præcipuae, ut magni miraculorum numero patulas similes aures verbaverint, atque arotitas dimittant. Quia non nobis subinde obiciunt corrum defectum, ut statim concludant, non tantum non esse authenticam pastorum nostrorum vocationem: sed ne Ecclesiam quidem omnino apud nos esse.

X. Hæc eiusmodi sunt, ut nemo legat, quin statim cogite magna proptera  
pistarum esse in suis miraculis confidentiam. Sed hanc cogitationem su-  
perabit longe, ipsa obseruatio. Quis enim nescit sanctorum legendas in iis  
totas occupari? Quis historicorum libro legit, & non aduerit, postremos  
quosque in iis colligendis esse superstitionis finis, curiosissimumque? Et qui-  
dem adeo in orosos, ut ipsis etiam superstitionum patronis cœperint discipli-  
nare. Canus Locorum libro ii. cap. 6. Negare non possumus, viros aliquando  
grauissimos in duorum praesertim prodigijs scribendis. Sparsumores & exce-  
pisse, & scripsi, tunciam aut posteros etulisse. Quia si re, ut mihi quidem videtur, aut  
nimium illi sibi, aut fideliter certe vulgo inducerunt: quod vulgus sentiat, aut  
non tantum ea facile miracula credere, sed in pene etiam flagitare. Itaque signa  
nonnulla & prodigia, sicuti quoque memoria prodiderunt, non quo ea libenter  
credidissent, sed ne deesse fidelium voluissentur. Et paulo post. Nec ego habili-  
bri illius autorem excuso, qui speculum exemplori inseribitur: nec historia etiam  
eius, que Legenda aurea nominatur. In illo enim miraculorum monstra, sapientis  
quam vera miracula leguntur: hanc homo scripti ferre ioris, plumbi cordis, animi  
certe parum sacerdos & prudentis. Liberam vocem audire: quia si omnium esse  
Papistarum, laudarem: Et vellem latius proferri. Neque enim magis lau-  
dari possunt, Petrus de Natalibus, Conformatiæ Francisci: & similia li-  
berorum portenta. Quanquam hæc nimis sera videretur penitentia. Nam  
quis nescit, non tantum non improbat olim, sed etiam magno applauso  
acceptos. Quis nescit eam fosse Sermonarium segetem? Quo cunincitur,  
non delectandis tantum inepitis quibusdam homunculis, sed ferio pascendis  
plebi destinatis. Quin hodie, pauci tantum audent non tam suum iudi-  
cium constanter poterit, quam suas suspicione timide indicare. Et hodie  
tantum, dicit, postquam apostolis cœperunt esse molesti Catholicorum. Adeo ut  
possimus secure dicere, Nisi arasset utrula mia, non insuenissetis enigma  
meum. Interea, quid prosunt hæc sive iudicia, sive suspicione paucorum?  
Non enim liber aboleatur propriea. Nec supersticio quæ iis fabulis con-  
firmata est & aucta vel infirmatur, vel iniuratur.

XI. Sed ne aut frustra aut leuem ob causam Papistas accusare videat in  
re tanti momenti, excepam eorum miraculorum nonnulla exempla bre-  
uiter meo more, & distincte per locos communes. Primum igitur occurrit  
Transubstantatio, sive realis corporalisque presentia Christi in Euchari-  
stia. Hanc Antonius de Padua cùdā neganti probauit teste iumento fa-  
melico, cui cum obiectum esset hinc ordeum, inde hostia consecrata, *In vir-  
tute & nomine creatoris tui*, inquit Antonius, quem in manibus, licet indignus  
veraciter teneo, tibi dico animal. & præcipio, ut confessim venias humiliiter modo  
tu, & et reuirementam exhibas. Dictum factum: iumentum hordeo neglecto,  
ad Antonium accurrat, caput inclinat, curuat genua. Plaudite. Bellarminus  
recensuit cap. 8. lib. 3. de Eucharistia, & modum quandam esse bestiæ ap-  
probavit adorandi. Christianus Massæus Chronicorum lib. 20. Anno mil-  
lesimo quadrageentesimo nonagesimo secundo, *Iudei in Starnebach oppida  
Germanie vigesima secunda Octobris obtinuerunt à Petro Presbitero sacramen-  
tum que punctatultris, & consputa, mulum sanguinis fudit.* Nec ibi tantum.  
Nam aliam Diuisiones seruant: & tertiam Parisenses: tres Bruxellenses  
teste Bristo. Fortasse alii alias. Idem Massæus sex annis prius, *Cameraci vi-  
gesima die Maii in professo Sacramenti ipsum palam descendit de loco suo superal-  
tare.* Apud Baronium anno millesimo centesimo nonagesimo secundo le-  
ges ex nescio quo Helmoldo Abbatे, Sacerdotem nescio quem visitantem  
puellam nescio quam Hesfordensem darò ei viatico ablutionem digito-  
rum fecisse in bicario mundo: eam aquam reliquissime bibendam. Illam men-  
tis compotem iussisse aquam operiri, quia animaduertisset particulam Eu-  
charistie in eam dec. disce è digitis. Sacerdos. Hinc aqua tota mutatur in  
sanguinem: ea potiuncula Eucharistie in carnem convertant. Columba ad-  
uenit, insidet bicario, nec euerterit, quo signo deprehenditur non corporalis,  
sed spiritualis. Quorsum hæc? Ad evacuandum errorem infidelium, sive ad  
corroborandam fidem fidelium, divina clementia Sacramentum, quod sub  
specie panis & vini benedicitur, sanctificatur, sumitur, vere suam carnem &  
sanguinem evidentissimis indiciis demonstrauit. Paruum ne hoc miracu-  
lum? Sed heu, quod factum fuit, infectum est redditum. Nam Archiepisco-  
pus magna iudicata processione preces fuisse dicit, vt hæc ita iam mutata, rursus  
in priorem substanciali panis & vini transformatarentur. Ægre factum, sed  
factum tamen. Et Archiepiscopus cum suis horrores est omnes ad gratiarum  
actionem: & exclamauit, *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis no-  
stris.* Et ita confutata hæc illo seculo oborta, negantium aquam viro  
mixtam mutari in sanguinem.

XII. Sanctorum intercessio, adoratio, invocatio plurima peperit. Martinus Polonus ad annum quadringentesimum, Donatus Episcopus, iuribus insigni est habitus, qui ingentem Draconem expuens in ore eius, necavit, quem octo iugaboum ad locum intendit vix trahere potuerunt, ne horam putredine eius corruperet. Idem post annos quadraginta quatuor, Leonem primum Episcopum Romanum narrat, magnam in carne tenuit diem sensisse, postquam manum in festo Paschæ mulieri osculandam prebusse: amputasse igitur eam manum: coque non potuisse missam celebrare: quod cum plebis grauiter ferret, propiorum esset tumultuanti, commisisse Leonem se beatæ Virginis: haec autem apparuisse visibiliter marum deferentem, & restituentem. S. gebertus anno quingentesimo quinquagesimo secundo recitat, puerum quedam Iudeum ob sumptum corpus & sanguinem Domini à parte milium in ardorem fornacem, illæsum exisse, & dixisse, mulierem quæ picta erat cum puello in vlnis in ea Ecclesia quo deductus fuerat, pallio suo flammulas ventilasse, atque excusisse. Idem legas apud Naucerum, sed annis duodecim.

## LIBER DECIMVS SEXTVS. CAP. XIV.

347

etim setis. Ritus Polonus in Stephano quinto Papa. Corpus Martini Tironensis cum esset deportatum Alcisiadorum, atque in Ecclesia sancti Germani collocatum, monachi propter oblationes litigare coepérunt: suoque sancto miracula quæ siebant, adscriperunt. Res in hunc modum iudicata est. Adductus leprosus constitutusque inter utrumque Martinum & Germanum. Sanatus est tantum ea parte, quæ ad Martinum vergebatur. Reditum proxima nocte: latus non sanatum obuersus est Martino, ac continuo sanatum. Magnum experimentum: non tam (inquit Polonus) tropter impensis Germani: sed quia hospitiam honorauit. Et hanc fabulam non indignam putauit suis Annalibus Baronius anno quinquagesimo tertio secundi. Seria hæc. Nunc ludicum. Idem ad annum septingentesimum quinquagesimum sextum. Cum Gingolphus ab uxoris adultero esset intectus, uxor cuius miraculis detrahens dixit, Si Gingolphus miracula facit, anus meus canteret. Id mos completeret: quia semper cum loquebatur, anus eius cantrabat. Phui! nec natibus honorem praefantur.

XIII. Nec Imagines nullam vim habuerunt. Enimvero Richemus tertium inde sumit argumentum, ut probet honorandas capite trigesimo quinto. Sic crucifixus ille, cuius narrationem Athanasio tribuunt, quem tandem Siebertus longe recentiori obseruat, à Iudeis male tractatus sanguinem fudit. Damascenus abscessum manum dormiens restitutam videt, quum orasset coram Virgilio imagine. Addit impudentissimum commentum de puro quadam, quum se aea ita pridem voulisset Virginis, quæ in imagine quadam colitur apud Mondeuismus, pedes, quos nullus habebar, si biè lomno vigilans videt enatos. Et notat locum in nostro Delphinatu opidum, cui Mura nomen est: testesque duos, avvivus tamen. Qui si sunt aliqui, profecto impostores sunt. Nam eiusmodi nihil unquam factum, visum, auditum, in eo loco, à quo vix distamus, quum hæc scribimus, duorum itinerarum dierum. Sed pergo. Rigordus de gestis Philippi Augusti anno millesimo centesimo octogesimo septimo in castro Radulphi scriptis imaginem beatæ Virginis à quadam militi percussam lapide, id ita ut frangerebatur brachium pueri quem habebat in sinu: statimque inde fluxisse multum sanguinem: militem à Dæmonie agitatum subito expirasse. Idem de gestis Ludouici Francorum Regis ad annum millesimum ducentesimum quadragesimum septimum. Vrhus leuato crure super crucem minxit, statimque omnibus viribus expiravit. Sed hi tantum lusus sunt præ Virginis imagine, quam Matthæus Paris recenset ad annum millesimum ducentesimum quartum. Contraham in pauca: Damascena quædam matrona, cum sese contulisset in vicum Sardenai, extruxit sacellum in nomine virginis: monachum Constantinopolitanum illac euntem Hierosolymam, rogat, ut inde sibi imaginem (iconiam appellat elegans autor) Virginis deferret. Pollicetur. Abit: visitat losa: redit oblitus imaginis. Verum de cœlo monitus reuertitur: emit fortuito quadam ex iis, quæ apud institoris prostabant. Rufus dat sese itinerti: occurrit leoni feroci, hominumque voratori, à quo sibi videt pedes lingi humiliare. Rufus in latrones incurrit: at hi aegli voce territi, vix mouebant se. Hæc monachus, eui deferret accepta, nisi ei quam gesta! at virginis imaginis? Nimurum monus Isidis asinus, non Deus erat, sed Deam gestabat. Itaque statuit tantum thesaurum sibi seruare: nemipi concedere. Nauim ingressus, tempestateque scuiente, cum omnes iactum ficerent: prohibitus est ipse ab Angelo, iussusque imaginulam vehementer levare ad Dominum: quo facto mire quieuit. Tum venit ad matronam: que, & ipsa obliua, de imagine nihil interrogat. Ille cum abite vellet eum imagine, estium sacelli non potuit videre: deposita imagine in altari, videt ostium: egreditur, histriam matronæ narrat, discedit ad suos. Imago sudat oleum limpidissimum, quo varii languores sanabantur. Imo mammæ emitit, indeque ad pedes carne vestitur. Miles quidam, quum haberet in vase aliquantum eius olei, miratus est mutatum in caraem: sed diuisam. Ille cultro voluit coniungere. Res mira! quamquam quid hic non mirum? Sed cum primum acient cultelli sensit oleum incarnatum, videntibus cunctis, mirantibusque, guttas emisit sanguinis. Et quis non numen Iunonis adoret. Propterea?

XIV. Nec reliquie in gloria. Martinus Polonus in Petro, Tempore Copellii Papa Graci furati corpora Apostolorum, ut ea in Graciam deferre: et, asportabant. Sed Dæmones in idolis habitantes diuina coætæ virtute clamabant, Vixi Romani, succurrerunt: quia dies vestri auferuntur. Fideles autem hec audientes, intelligebant de Apostolis: infi leles vero de diis suis. Sic multitudine adunata est fiduum, & infidulum, persequebantur. Quod videntes Greci, apud Cacacumbas Apostolorum corpora in puteum protecerunt. Sed à beato Cornelio Papa, sunt inde extracta. Sed cum in dubium vererentur, que essent ossa beati Petri, vel Pauli, orantibus fidibus, diuinis responsum habuerunt, quod maiora ossa sunt predicatoris, minora vero pescatoris. Quia tamen postea Syrius cum lande equaliter ponderasse dicitur, & consecrando utriusque Ecclesiam, in utraque viriisque ossa collocasse. In recapitulatione de origine Regum Francorum subiecta Philosophi Guillelmi Britonis in editione Pithosi, notatus reliquias Richartii, & Valarici translatas ad beati Bertini apud sanctum Audomarum in Flandria, præ timore Normanorum, taudem repetitas non potuisse obtineti à monachis sancti Bertini. Apparuit igitur Valericus Hugo Capitulo comiti Parisiensi, patricius, qui postea regnum inuasit, ciuileque iuslu Hugo nem repetuisse ab Arnulpho comite Flandria. Ob id meritum Valericum Hugo in somnis dixisse, quoniam fecisti studiosæ, qua præcepta sunt tibi, & nos ad loca nostra reculisti, successores tui in regno Francorum usque in septimam generationem regnabunt. Et tanta proposta mercede recuset aliquis reliquias coleter: la legenda aurea, cap. 153. Abbas quidam ab Abbatissa Coloniate impetravit corpus viarius ex undecim mille virginibus, pollicitus inclusurum in capsula aurea. Neglexit tamen. Itaque anno vertente cum cantarentur matutine, adstantibus, videntibus, mirantibus omnibus, id eius virginis corpus surgit è capsula ligata, descendit ab altari, tum eoram ex inclinata, penetra toque choro redit Coloniam ad suas. Non enim puto somnum capere poterat in ligno.

XV. Periisset iam pridem Paparum dignitas, nisi miraculis fuisse commendata. Leonem quartum, inquit Platina, tantæ sanctitatis frustra constat, ut & basiliscum serpentem (quem Latini regulum appellare possunt) ius generationibus è fornice sanctæ Lucia virginis in Orthea exculerit, cuius haïta, & veneno multi mortali perierant: & incendium illud signo crucis extinxit, quod ait per domos Saxonum, & Longobardorum vagatum, diu Petri basilica appropinquabat. Formosum Sergius tertius pessime tractauerat mortuum,

Nam, & eius acta resciderat: & corpus sepulchro detraictum, capiteque truncatum in Tiberim proiecerat. Hic vero succurrunt miracula. Quantæ autoritatis, quantæque religiosi Papa Formosus fuerit, inquit Luitprandus libro. cap. 8. hinc colligeri possumus, quoniam dum à pescatoribus postmodum in se inuenientur, atque ad beati Apostolorum principis Ecclesiam deportatus, sanctorum quæd in imagines hunc in loculo positum venerabiliter salutarunt. Hoc namque à religiosissimi Romane urbis viris persepe audiunt. Ioannem vi gesum agorantem multi Cardinales negabant dignum, qui in Ecclesia sancti Petri sepeliretur, ob multas cædes, quibus sacerdotiorum seddassent. Ille audiens, Quum mortuus fuero (inquit) corpus meum ante fôres Ecclesiæ stite, ianuas quoque Ecclesia serit, & vestibus bene obfirmate, & si voluntate diuina, porta aperta fuerint, corpus meum inferte: alioquin, de ipso facite ut vultis. Factum, ut iussit. Turbo diuinitus, portas non solum aperuit, sed etiam magno fratre vsque ad parietem deportauit. Narrat Polonus: & narrat Sylvester secundum, cum sese videtur morti proximum, perirentem iussisse amputari sibi membra omnia, quibus Diabolo obsequium præstaret: truncum bigæ imponi, sepelirique, quounque loco constitueret. Itaque sepultum in Lateranensi Ecclesia: & in signum misericordiae consequitæ, signum dare morituri Papæ, è sepulcro, tum ossium tumultu, tum sudore.

XVI. Hæc erunt promiscua. Benedictus octauus Papa post mortem apud Episcopo cuidam, nigro equo vectus. Interrogatus dixit se male torqueri: nec desperare tamen de misericordia Dei, si sibi adiutorium præbereatur. Itaque rogare Ioannem suum successorem, ut pauperibus distribueret certam pecuniam à se reliquat in quadam theca. Autorem laudat Petrus Damascenus Martinus Polonus. Item Vincentius Bellouaceus speculi libro. 26. cap. 21. Robertus Rex Gallia, tantæ sanctitaris erat, ut in festis semper in aliquo monasterio interesset officio diuino: non solum cantans cum monachis, verum etiam chorum regens, induitus cappa serica. Cum ergo alijs quando quoddam castrum obsederet, discensit ab exercitu ob festum sancti Amani: at dum cantare, flexis genibus Agnus Dei, tum castrum obcessi mœnia funditus corruevit. Idem Polonus autor. Otto Frisingensis Chronicorum libro. septimo, capite trigesimo secundo, narrat legatos Armeniorum, cum adest Papæ, Missam celebranti in dedicatione Ecclesiæ beati Petri, vi dñe splendido fulgore radium solis super caput Papæ coruscare, & in eodas columnas ascendentes, descendentesque: respicientes autem quaqua uetus non vidisse, unde tanta lux veniret: itaque diuinaam reputasse, eò promptius in sedi Romanæ obsequium iussisse. Franciscus de Paula, quum mare Siculum vellet transire: are, nec esset soluendo nauo, pallium aquila seque & socum, pallio imposuit: atque ita nauigauit. Recitat Richemus. Denique Massilius anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo. Henricum Lutheranum Tornaci combustum, sequenti nocte sociis in carcere constitutis, ardenter apparuisse, dixisseque, nisi ab errore cessetis, mecum peribitis in æternum.

XVII. Nec vetera tantum comminorant, sed etiam recentia, ac penes quo: illiana. Vbi enim non iactantur Dæmoniaci liberati? Vbi non cacciati, satati? Quod non suas singulis Sanctis partes assignarunt? Sic alijs præst pecori: alijs armatis: hic curat oculorum morbos, ille lepram: alijs morbum Herculeum: pestem quartus, febrem nefcio quis. Nec quisquam otiosus: statim iuocatus præsto est. Sed, & illustris, & erubius miracula sunt in recens eretis fanis, ut apud Mondeuismum, & Salmurehls, atque alibi. Intra annos hos decem Gratianopoli vidimus mulierculam, fugientem sibi Virginem apparuisse, iussisseque sibi facellum erigere, in conductitia domo, sup. a mensa confituisse tintinnabulum, & persuasisse eiibus, omnem genus curati mörborum, si nouies mensa circumiretur, pulsareturque tintinnabulum. Nihil eo rumore solenius. Et, iam multi sanati ferebantur, multi claudorum scipiones ostendebantur, vitæ infirmitatis magnifica spolia. Perstrebat vrbis tota processionibus: domus donariis erat referta. Nil certius. Tandem compertum est viles scortum, vrbisque exactum, postquam unum aut alterum mensem eam impostram fecisset. Henricus Iesuita ante paucos annos Nemausi, mulierem quandam ostentabat dæmoniacam: produxeratque non ad populum suum cancum, sed & coram magistris, quorum bona pars, Papisticis superstitionibus abdicatis, Deo seruit, eaque expresserat ab ea, quæ certo omnibus persuaderet: à Diabolo obsecram. Itaque pollicebatur sibi magos triumphos. Sed mulier tandem magistratus adiit, impostram prodit. Episcopus prouocat ad Parliamentum Tholosanum: eo mulier deducitur: causa cogita, pronuntiant Senatores, non esse dæmoniacam: magna pena Episcopo interdicunt, aliisque Ecclesiasticis, ne in posterum tale quid audeant, attententve.

XVIII. Et tamen longe infrequentera sunt in hoc orbe miracula, quam in altero illo, quem nouum appellant. Ibi vero Iesuitæ vix inquantum excent, aut rufiunt, aut ructant, aut etiam stercent, sine insigni aliquo miraculo. Credo, quia dictum illud, Nemo Propheta in patria, sic interpretantur, ut significet pauca narranda miracula præsentia, ne facilis mendacium deprehendatur: sed ex longissime dissipatis regionibus. Itaque hæc miracula valde celebantur à Bellarmino, capite 14. libri 4. de Ecclesia: Bazio, capite secundo libri quinti de Sigillis Ecclesiæ. Richemomo, capite 35. de miraculis. Colletto, Enchiridio capite secundo: atque alii. Præcipuum vero nomen est Xauetius, cuius vitam descripsit Horatius Turcelinus, librique sexti quatuor prima capita miraculis dicauit: quorum minimum, prophetia est.

XIX. Sed quosum orbem viuierum percurro? Possum breuius, faciliusque demonstrare, totum quæcumque est, religio Papistica, esse dæmoniæ. Agere in idæi, miraculorum perpetuum ostentationem. Ab ipsa eius religionis natura. Quid enim? Non est portentum portentosissimum, quod afferunt Papam, eo ipso quod Papa est, esse fontem iuris, fideique Christianæ? Papam, inquam, quantumvis imperitum, stolidum, asinum? Hunc ita regi à Spiritu Sancto, ut errare non possit, in decretis fidei: nos possit errare in decretis de moribus: nullo, inquam, casu errare posse, ut Pontificem: vix etiam, ut particularem personam. Nam hæc omnia diserte disputat Bellarmus. lib. 4. de Pontifice. Et Panigarolla in tantam confidentiam erupit, ut pro certo assertet, si Papa cubitus iret cum hoc animo, ut postridie confirmaret aliud contra fidem, aut mutaturum sententiam ea ipsa nocte, aut ante lucem animam efflaturum.

X X. Sed & ritus, aut omnes, aut pene omnes sunt mirifici. Primo, Richemomo,

Richeomus, cap. 30. de Miraculis, negat posse segari Sacraenta esse miracula. Quod tamen est diserte contra Augustinum de Trinitate lib. 3. c. 10. qui panem Sacramenti, in iis signis numerat, quae honorum, tanquam religio-  
sa possunt habere, superem, tanquam mita, non possunt. Nisi forte ego fallor: &  
hoc potius verum, Augustinum loqui de Sacramento à Christo Ecclesia  
mandato. Richeomus vero de Sacramentis Papisticis, non Christianis.  
Sed, ut reliqua misa faciam, Eucharistia Papistica, non tantum miraculum  
est, sed etiam miraculorum Ilias: Transubstantatio, Accidentia sine subie-  
cto, subiectum sine accidentibus, Corpus in pluribus locis, Corpus sine lo-  
co, plura corpora in uno loco, Corpus non quantum. Corpus organicum,  
non distinctis, aut separatis membris, idem Corpus corporaliter in toto to-  
rum, & corporaliter totum in singulis partibus, Corpus intra stomachum  
expectans dum vis concoctrix species peremerit: ilisque peremptis euolans  
instar auiculae laqueo soluta. Quid vir memoriam potentium verborum,  
quibus susurratis; & crucium, quibus artificios, atque ad numerum signa-  
tis, tanta perficiuntur mysteria? Unde apud eos proverbum, Visu te crucis, &  
signorum fit transubstantiationem naturam.

XXI. Sed audite alia. Vnde huius Papistis plurima consecrare, quibus ex ea  
consecratione, vim infundi credunt miram: & concipiunt in consecrando  
preces in quibus exprimunt omnia, ad quae valere putant consecrata: quas  
preces exhibet nobis, tum Pontificale Romanum, tum Ceremoniarum li-  
bri. E quibus excerptissimus ista. Pro salute orant, ut sit omnibus cum summe  
bus salus mentis, & corporis, & quicquid tactum, vel respersum fuerit, ca-  
reat omni immunditia, omniaque impugnatione spiritualis nequit. De  
aqua, ut ad eiuscmodum dæmones, morbosque pelleandos, diuinæ gratiae su-  
mam effectum: ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium haec vnde asper-  
ferit, non illis residet spiritus pestileus, non aura corruptus: discedant  
omnes insidie latentis inimici: & si quid est, quod, aut incolumenti habi-  
tantium invaderit, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat. Possem multa  
congerere, de Oleo infinitorum, de Balsamo, de Chrismate, de Oleo Cate-  
chumenorum, campana, noua crux. Sed omnia excellunt Agnus Dei, qui so-  
lent consecrari a quolibet Papa primo suo anno, deinde septimo quoque, ex  
cerca alba. Pro his precatio concipitur, ut per eorum tactum, & risum, fideles  
invictantur ad laudes: flagor grandinum, procelsa turbinum, impetus tempe-  
statum, ventorum rabies, infesta tonitrua temperentur, atque tremitant  
maligni spiritus. Sed omnes tandem eorum vires, his versibus comprehen-  
dunt: quos Virgilius quintus misit ad Imperatorem,

Balsamus, & munda ceracum chrysanthus vnde  
Conficiunt agnum, quod mensu do tibi magnum;  
Fonte velut natum per mystica sanctificatum.  
Fulgura desursum depellit, omne malignum  
Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit.  
Pregnans feruatur simul, & partus liberatur:  
Munera fert dignis: virtutem distinet ignis;  
Portatus mundus de fluctibus eripit vnde.

Horum autem qualitas est, quæso, copia? Maxime hodie, cum diuinissime  
commendantur a Jesuitis: distribuentibus quibusunque eius ordinis stu-  
diosis, qui pro amuletis gestant è collo pendentes: sed diligenter inuolutos,  
implicatosque, ne forte viscuaneat, si liberum aerem sentiat.

XXII. His adder interulas plumbeas, quæ apud Carnutenses ditibun-  
tur, & annulos, qui apud Tarufenses: quorum illæ militibus præsidio esse  
dicuntur contra vim scelerorum: hi vero tuerunt ab igne & aqua. Qui su-  
pererit, quoniam dicamus in regno Papistico quotidiana esse miracula? I-  
mo nihil, aut propemodum nihil esse absque miraculo? Quod iterum dico:  
nisi quam factum, auditumve est, in vlla alia religione, siue vera, siue falsa. Es-  
te niger quis Papæ auctoritas, esse ei auctoritas, & negotiis. Aut quisquam tam est stupidus, ut  
ex sola eorum recitatione non olficiat mendacium. Sed senserunt infelices  
illi, qui muros Geneveses transilierunt, quam vana fuerint amuleta sibi  
ab Alexandro Jesuita data, liberationem ab omni periculo pollicentia.

XXIII. Et tamen argumenta falsitatis apparent, primo intuitu. Quid  
enim define dicam? Referuntur omnia ad confirmanda capita doctrinae Pa-  
pisticæ. Hec ergo, cum sit falsa: non possunt vera esse miracula: quamvis re-  
uera aliiquid getum esset, quod homines in admirationem sui taperet. Non  
quam enim Deus suum Omnipotentem commodat doctrinæ à si impio-  
bare. Itaque quicquid, vel omnes homines dicant, vel omnes Angeli faciant,  
constantia prædicandum est ex Scripturis: non contraria. Deinde plurima  
fuerunt tantum ad commendandum nomen, honoremque humanaum: quod  
nonquam factum à Prophetis, ab Apostolis, ab Apostolicis viris. Tertio in  
narrando quanta est, quam affectata. Nam producunt fabulam,  
quam possunt longissime: atque ita fingunt, pingunt suam imaginem, ut ma-  
num de tabula nequeant. Quarto, autores narrationis obscuri sunt, aut nul-  
lius, aut exigua fidei: superstitionissimi, atque adeo mendacissimi. Quibus  
quis possit fidem habere, mendaci compertis in Christophoro, Gregorio,  
tribus regibus, Ursula, alis, quorum omnium, vel ipsos iam pudet Jesuitas,  
homines nullius frontis?

XXIV. Denique res ipsæ cuiusmodi sunt? Occidit Donatus draconem:  
Esto: at quantum? Tantum, ut quatuor tuga boum vix traherent. Hoc vllus  
crederet fasus? Primo, quis miraculum illud fecerat? Non enim natura tantos  
dragones gigant. De Deo, nihil fabula ausa asserere. Et huic portento germana  
sunt, tum illud Martis, de Tarasco domiro, tum illud Silvestri de draco-  
ne, qui suo solo afflato pestilentia excitata Romam vexabat. Nam neque  
halitus dracones nocent: neque hæc regiones, Gallia, inquam, & Italia, dra-  
cones habent. Multo immanius meatitur ille, quisquis est, qui feram illam  
Georgii commentus est, eiique vorando homines publico decreto quotidie  
duo: postmodum autem singulos, cum singulis arietibus, obiectos.

XXV. Denique vñ tu ex vngue leonem? Permisit Deus imposturas non  
raro deprehendi. In Epitome Bibliothecæ Gesuetiane, habet Ioannem Vun-  
schelburgensem libro de Signis, & miraculis falsis, recensentem, Imaginem  
Christi sudante, rubiginem in manubrio crystallino pro sanguine Christi  
Cracou adoratam, resinam ex lignea imagine defluente rufis pro Christi  
sanguine habitam: sacerdotem Bohemicum suo sanguine tingentem ho-  
fias: & emanatum eundem sanguinem in Valsaag. Quibus eur nos addas  
patrum nostrorum memoria lacrymas Crucifixi Mureti in agro Tholosa-

no, cuius exsta: historia in Arrestis Paponii? Cur non celebres illos Domini-  
canos Bernenses, & Franciscanos Aurelianenses patrum nostrom memoria  
cuius? Hæc enim etiæ pauca sunt detecta, tamen probant immensam confiden-  
tiam impostorum. Lyranum additæ in historiam Draconis, Decepit erant à sa-  
cerdotibus colentibus illum draconem propter quæstum temporalem, quem inde-  
portabant. Et similiter aliquando sit in Ecclesia maxima decepio populi mira-  
culis fictis à sacerdotibus, vel eis adharentibus propter incursum temporale.

## C A P . X V .

De Antichristo crudelitate.

I. A Tque ita exequuntur sumus ex Paulo, quæ ad Antichristi pertinent,  
vel doctrinam vel docendi rationem, in mysterio, in imposturis  
in miraculis. Nunc ex Ioanne Crudelitas sequitur. Nam c. 17. Apocalypsis,  
etio, mihi videntur uenientia in E. augeos & ariar, & in E. augeos & uegenos  
In. & Vidi mulierem illam ebriam sanguine sanctorum, & sanguinem tyrum le-  
sio. Quibus verbis constat apud omnes significari immanem Antichristi ra-  
biem aduersus Ecclesiam, in qua sola Sancti sunt, quæ etiam sola Martyres  
souit, nec martyres alios, quam Sanctos.

II. Sed prolixius, cap. 12. describitur mulier partuens, & parient masculum: Dræco autem expectans ut partum deuoret: Tum mulier fugient in  
solitudinem: quo tamen ea Dræco persequitur est: postque eam cecidit ex  
ore suo magnam ym aquarum, quæ eam absorberent. Quod cum non suc-  
cessisset, conuersus, gessit bellum, cum reliquis ex semine mulieris, custo-  
dicatus mandata Dei, & habentibus testimonium Iesu Christi. Nam per-  
tinere hæc ad Antichristum duo indicant argumenta. Primum, quia is dra-  
co describitur habens septem capita, & decem cornua, similiter ut bestia su-  
per quam mulier sedet, cap. 17. Alterum, quia mulier in deserto profugat as-  
siguantur, tempus, & tempora, & dimidium temporis: quod idem tempus ex  
durationis Antichristi. Et vero mulierem fuit, qui interpretetur beatam  
Virginem, partum vero ipsum Christum. At Methodius negat, apud Andream  
Cæstorianum: motus hoc argumento, quia Naturam Christi iam ante esse  
implata: Ioannes autem loquatur, vel de presentibus, vel de futuris. Quæ ra-  
tio non est necessaria: sed alia est longe certior: quod quæ de ea muliere, co-  
quæ partu dicuntur, non possunt exponi de ipsa Virgi, & Christi persona. I-  
taque Haimo cogit dicens, Virginem hic gerere figuram Ecclesie, Neque  
enim, inquit, omnia que hic narrantur, iuxta literam beatæ Virginis specialiter  
congruere possunt: sed electorum Ecclesie.

III. Mulierem igitur interpretantur Ecclesiam, Methodius, Andreas,  
Primasius, quæ quotidie, quasi parturit Christum in singulis fidelibus; in  
quibus etiam ipsum hostes Ecclesie persequuntur. Iuxta illud, Saule, Saule,  
cur me persequeris? Itaque Satanus in Antichristo, sive per Antichristum, Ec-  
clesiam tot tantisque vexabit persequutionibus, ut redigatur in solitudinem,  
compellatq; in desertum: hoc est, in eum statum cogat ut ab his locis exulet  
populosis, in quibus erat, prius splendida, & magnifica. Nam Apoc. II.  
Bestia ascendens ex abysso geret aduersus Sanctos bellum, & vinces eos, & occides eos.  
Et 15. Datis est ei, ut facias, ut quicunq; non adorarint imaginem bestie, occidantur.

IV. Verum vestint omnia plana, distinguenda sunt tempora. Primame-  
nium non tantum persequitur est fideles Antichristus, sed etiam ita perse-  
cutoris, ut vincat. Nimurum, tum temporis, cum ei concessum erit, donec in-  
uadat, confirmetque dominationem in omnes. Deinde vero, cum id tempus  
aduenierit, quo necesse est eum confici, retinebit quidem statu se uitiam, &  
quantum poterit exeret: verum non licet vincere, id est, Ecclesiam rursus  
in solitudinem, & desertum abigere. Quia benedictus est Deus martyrio  
suorum fidelium: adeo ut quanto magis in eos suam Antichristus exercitatus  
est crudelitatem, tanto ardentius, & illi nomen diuinum inuocaturi sint, &  
aliis suo exemplo prætriti: ut veram sit etiam tuisti, cæteres martyrum esse  
Ecclesie seminarium. Itaque Apocalypsis, cap. 15. canitur triumphus eorum,  
qui victoriam reportantur ex bestia, & imagine eius. Quinetiam cap. 17. lau-  
dantur reges, qui odio persequuti sunt in metetatem, & carnes eius co-  
metusti, ipsamq; igne exsusti. Unde latet constat, non perpetuo felicem fu-  
turam eius crudelitatem, fidei tamen perpetuam quis dubitet? Aut quis non  
facile videat conaturum hominem peccati iisdem atribus autoritatent tue-  
ri, quibus parauerit?

V. Sed in his nihil est difficile. Mirum vero potius, quantum crudelitatem  
iampidem Romana tyrannis indulserit in eos, qui vel tantillum mouerent  
se contra suas fraudes. Mirum quanto scipsum inter uallo superauerit postes  
mis his temporibus. Quis enim nescit nullum crudelitatis genus omisum?  
Nullum fraudis immanis prætermisum? Nec enim obliterata est, aut non  
quam oblitteri poterit rerum gestarum memoria: sed ne frustra declamare  
videamus, eius crudelitatis exempla selecta videamus. Et quidem omisum  
tragedia Graecis in Imaginem negotio: quas cur non imputemus Latinis  
tyrannidì, tum temporis strenue agenti negotiū: dolo latræ: ac proinde  
Graecis fauēt? Sciant omnes laudari irenem, quæ proprio filio oculos ex-  
excavuit, sceptrumque eripuit. Omisum item fauissimis bellis, susceptis, ge-  
stisque contra Imperatores Latinos: quæ non pertinent ad Sanctorum sa-  
guinem: etiæ pertinent ad huius bestie crudelitatem, nec suo loco nullum  
nobis vñsum fuisse præbent. Ea potius videmus, quæ ipsam Ecclesiam pro-  
pius attingunt.

VI. Undevico seculo excitati sunt Waldenses, qui & depravarissimos  
Cleri Romani mores, & in plurimis capitibus fallacissimam doctrinam de-  
prehendentes libere publiceque reprehendebant. In eos (Albigenses & eos  
in Occitania) Clasicum cecidit Romanus Episcopus, bonus pastör scil. cec.  
Paulus Emilius de Gestis Francorum lib. 6. Innocentius Pontifex, bellis aduer-  
sus eos sacri suscipendi auctor fuit: legatosque circummisit ad excitando in nefas  
riam settam animos. Gaguinus in Philippo Augusto Pontifice Innocentius ter-  
tius, missus Galloni Cardinali Legato, Philippum, Pontificis auctoritate monerit in ha-  
reticos armari: peccatorum remissionem concessa, huiusq; insigne crucis ad bellum  
desumere. Nimurum ita Christus iussit Apostolis ire in uniuersum or-  
bem, & exercitus conscribere. Scilicet, & sic omni Catholicis in Arianois ar-  
mati, in Nestorianos, in Euchrianos, in haereticos. Quanquam Albigen-  
ses in haereticorum serie, eadem sola numeravit nequitia, quæ ne hodie quidem  
veritatem coelestem calumnias onerare non potest. Itaq; multa in eos im-  
pudentissima meadacia congesit: ut iusto odio grauaret eos, contra quos

nulla

## LIBER DECIMVS SEXTVS, CAP. XV.

349

nulla erat verorum criminum accusatio. Sed ita factum, ut spiritu vertiginis acti, qui se Christianos dicerent, obliuiscerentur esse Christianos, mosque induerent, non tam inhumanos, quam ferinos. Prima expeditio in Biternensem urbem. Guilielmus Brito Philippidus lib. 8.

Quam virtus modico sub tempore Catholicorum  
Frangit, & ingressi sexus utriusq[ue] trucidant  
Milia b[ea]t[er]is triplicata decem.

In Car. affonenitum, quo configuerant totius regionis incolae territi Bitternensem excidio. Tandem abire nudi omnino compelluntur, ut qui pudenda membra (inquit Gaguinus) per summum nefas abusus fuerant, ea ad ignominiam videntia exhiberent. Dignum sanè Legatis Apostolicis: mansuetudinique Romana illustre documentum! Tamen Paulus Emylius scribit eis concessa singula vestimenta: velans credo Legati infamiam, *Vaurum & ipsum vi caput, subiecti idein Emylius, ibi quoq[ue] impij igni tradisti, cum in amentia perfidarent, ne mulieribus quidem temperaturum. Girarda eius oppidi principes famina in patente puteum coniecta, & axis insuper obruta.* Descripsit huius historiam belli, Ioannes Chassanonus, ex manu manuscriptis, & docet capita Mincibia, tum viros, tum foeminas in ignem coniectos, cum Vallensi Abbatii, hortanti, ut ad Romanam Ecclesiam redirent, obtemperare noluisent. Hæc fuerunt, tum temporis Romanae lenitatis rudimenta.

VII. Aliquando post intervallo, suscitatus est Wicel: quem viuum rexit Deus, securumque præstitit ab aduersariis conatus, quorum scutia exfernit se in eius ossa, tumulo eruta, cremataq[ue]. Sed ab eo tempore vix unquam cesserum: imo profectum in deteriorius. Nota est vniuerso oibi horronda perficia, inmanaque sauitia Concilij Constantiensis in eximios viros Ioannem Hus, & Hieronymum Pragensem, quorum spiritui efficacissimo, cum non possent, quotquot erant Papistarum rationibus obsistere eo deuenient, quo non potest absque extrema desperatorum hominum nequitia deueniri, ut contra fidem publicè datam, igne consumerent. Horum mortem magni motus exceperunt in Bohemia, apertaque bella. Iam tum Deo manifestum faciente, non semper impunitam fore latellitum Romanorum immanitatem.

VIII. Longe maior secuta deinceps mutatio: maior lux orta veritatis: Luther prodeunte: cuius intrepidus animus, zelus ardentissimus, crudeltate maxima, multos excitauit, qui contra errores, superstitionesque vulgo receptas armarent se, in quibus Zwinglius, Oecolampadius, Melanchtho Bucer, Caluinus, atque alij infiniti, quorum noluit Deus frustaros esse conatus, labore que irritos. Ita magna discessio facta a Romana hæresi, non priuatum tantum, sed etiam publicè: vt nullus in Christianitate angulus esset, vbi non essent multi reformationis cupidi, multi Papisticas superstitiones derestantes, multi eiurantes. Mouit haec res Papam, eiusque afferas. Principes variè sollicitantur: Imperator, Reges, Magnates, ut quo iure, quave iniuria nascentem hæresin (sic enim appellabant) extinguerent: hæreticos ipsos tollerent. His artibus infinitum concitatum est odium, latae odio habentes, deuentuunque in extremum furorem, saevitum in omnes, cuiuscunque sexus, ætatis, conditionis, ut nihil aliud esse videretur Christianitas, quæ vniuersalis carnificina. Nihil iusti, nihil æqui, nihil sancti. Non tantum humanitas promiscue sensus suffocatus, sed & *quæcunq[ue] securus*, vis illata, ut nihil decessit ad immanitatem cumulū. Qui laquei? Quæ cruces? quæ vnde? qui ignes suffecerunt sanctorum cruciatis? In tota Germania? in Anglia? in Belgio? in Gallia? in Hispania? in Italia? Longum esset singulorum martyrum nomina exsequi, singulorum nominum martyria describere, quod alij fecere, & vtiliter fecere, ut extent in sempiternum & Sanctorum inuictæ constantiæ, & l'apistarum infinitæ crudelitatis exempla. Vnum non omittam ab alijs omisum: eo luculentius, quod Auenionis gestum in ditione Papæ. In ea urbe ad hunc usque diem turris nominatur Guilloti, quia patrum nostrorum memoria ad eius fastigium extorta est cauea, instar earum quibus ferre includuntur, in eam deritus est Guillotus quidam reprehensus a Papistis dissidente, & aliquot menses detentus, afferre tantum uno concesso, quo ad omnes aeris iniurias propulsandas utaretur, hoc illuc translato. Atque ab ea cauea demum ad ignem ductus est.

IX. Sed quid strages promiscuae? Nec enim abusus tantum est Romanorum furor sanctiflmo iustitiae nomine in sumendis de singulorum capitibus, p[ro]cenis. Sed etiam furiosæ plebi laxavit habens, promiscuas cædes permisit. Permisit, autem? Mentiar si non instigauit, incendit. Erant Salys Merindolani, Capratiens, & Valdenium reliquæ: qui iam secula aliquot vixerant modeste, in montibus, sylvisque, & ita vixerant, ut suam vitam vicinis omnibus probarent. Tantum superstitiones, & quidem apud se taciti, detestabantur. Hanc ob causam vnicam, regnante Rege Francisco eius nominis primo hærefose postulati, damnati in suprema Curia apud Aquas Sextias. Tragediam prolixè descripserunt, tum ex nostris nonnulli tum è medio Papistino Thomas Cormerius Alenconius rerum gestarum Henrici secundi lib. 2. & Augustus Thuanus historiarum sui temporis lib. 6. Horrenda (inquit Thuanus) supra modum atrocis sententia XIV. K A L. XCUMB. ante decennium damnati fuerant preside tunc Senatus Bartholomeo Cassano, magni nominis Iurisconsulto. Senates consulti illius sententia in patres familias igne vendicatur, damnatorum bona, coniuges, liberiq[ue], & cetera familia fisco addicuntur. & quia Merindolum hactenus hac peste infectorum sanguinaria, ac recte, & culum fuerit, edicitur, ut adfici omnia à fundamento evertantur, antra, cavae, ac fornices subterranei, quibus laterent, diruntur, & obturantur, silia circumcedantur, & arbores etiam hortorum euellantur: possessiones vero eorum, qui Merindoli domicilium haberint eiusdem, vel stirpis, vel etiam nominis cum prioribus dominis, nemini colendo elocentur. Eu[er]go, & En[er]gianos! En[er]gianos! An potius Caiaphas? Paucis dieb. interiecit (inquit Cormelius) Arlatensis, Aquensisq[ue], Archiepiscopi conuocatis alijs ex vicinia Presulibus exequi Senatus decretum constitutum: sumptuq[ue] in eam rem de suo decrevunt, atque Senatui persaudent, ut militum delectu ab eis haberi patiantur. Et tamen varjs rationibus negotium differtur in annum decimum. Tum vero præside Oppeda furor erupit. Pupis, Mota, Martiniacum vici ad Druentiam, capiuntur, diripiuntur, inflammarunt. Villalabrea, Lauromarinum, Genonum. Trezeniæ, Rupes, vici, vnde multitudine profugat. crudeliter incenduntur, pecore omnia abatto. Oppeda Valdensib. aqua & igni interdixerat, & capite sanxerat, ne quis re villa illos inuaret: sed q[ue] Tom. II.

cunque loco deprehensi, nullo sexus, aut ætatis discriminé habito, omnes occiderentur. Merindoli incolis vacuum ingreditur, & cynico adolescenti reperto, cui Mauritio Candido nomen erat, furarem, quem in vniuersos non poterat, in eum effudit, ita tamenque oleæ alligatum lelopis crudeliter necari iussit. Incenso deinde, & ditu ro vico recta Capriam ducit. Quum oppidanis initio, qui vix sexaginta, cum triginta circiter foeminae remanserant, portas venienti clausissent, tormenta admoventur: sed mox vitam paci ditionem faciant: verum intrusso præsidio omnes capti, etiam qui in castelli cauea latebant, aut templi religione se tutos credebat, inde extraicti, & in pratum subiectum deducti, nullo ætatis, aut fidei detæ respectu, iugulantur. Cæsos tam intra quam extra oppidum mille trecentorum numerum expulisse memorant. Foeminae iussu Oppeda in hortum straminis plene coniectæ, & subiecto igne, cum per fenestræ le faltu dei jecre molirentur, contis & hastis tepulæ, sumoque suffocatae, ac flammis postremo omnes consumpta sunt. Costam inde pertunt, cuius dominus, cum incolumentem oppidanis pollicitus esset, modo arma in castellum comportarent, & muros quatuor locis demolirent, creduli illa imperata faciunt: & nihilominus aduentante Oppeda incensis suburbis, & capto oppido, qui reliqui in eo reperti sunt, omnes ad vnum trucidantur. Foeminae, quæ in hortum castello vicinum secesserant, ut primam militis rabiem evaderent a ferentibus violatae, & latiata libidine, tam crudeliter habitæ, ut pleræque quæ vterum gestabant, nec non etiam virgines, siue ex animi magno, siue fame, & cruciatibus perierint. Viginti duo omnino vici numerantur, de quibus summum ab Oppeda sumprum supplicium est. Hoc specimeone consecrata sunt earum, quæ postea secutæ sunt publicarum persecutionum initia.

X. Confederat eorundem Valdensium pars in Vallibus Alpinis, eandem religionem constantissime retinentes. Itaque, Pontifici, ac easteris Ital[ic]is principibus, ac ciuitatibus firmum, ac ratum fuit, Valdensium gentem ad internacionem delere. Quæ verba sunt Trinitenis ei negotio a S. baldo præfecti, apud Augustum Thuanum, historiarum lib. 27. Et certè tentatum: imo nihil omnium, quo tam Catholico Romanum decretum ad finem perduceretur: bellumq[ue] adeo gestum anno millesimo quingentesimo sexagesimo. Primo statim imperio levatum in Meanenses, Aquenenses, Meronenses, ac Susionenses, direptis eorum bonis: pars extremo supplicio affecti, amplius sexaginta ad triremes damnavi sunt, alij supplicij metu, eversata, quam profitebantur, religione, periculum euaserunt. Trachesius, explicatis signis, & tympanis adhibitis, Reuclareum vicum sibi subditum nec opinaro aggreditur: quo viso vicani, cum xv oribus, ac puerilis sexu in montem vicinum nubibus operum peravia enuntiatur, maiorem partem nudi, vbi per tres continuas noctes manere coacti, frigore penè exanimaruntur. Pastor eorum cum Sammartino quodam vicano ignibus traditus: direptæ vicinorum ædes: nec prius discellum, quam miseri homines se Romane Ecclesiæ in posterum obedientes fore promitterent. Anno sequenti Hispani Traglia-retum inueniunt, & occupato loco, viros, ac mulieres cum infantibus in cubilibus deprehensoris ad internacionem delent. Quid alia infinita memoriæ? Certe hoc non omnipendum in Angronia factum. Homini sexaginta circiter annos natu, manibus post tergum reuictis, ad scannum alligati, vmbilico scarabes admotus est rectus testa, qui fodiare, ac rodere nunquam desit, donec in alium penetravit, & ita miserum captiuum trucidato, & inaudito mortis genere encœpit.

XI. Quid stragem Vassiacenam commemorem? Quum duce Guisio, præsente, videnteque Cardinali Lotaringo, eius fratre, armata cohors irruit in inermem concionem, promiscuamque fecit cedem virorum, mulierum, infantium? Quid bella narrem exinde consequita? Corporum, bonorumque proscriptiones? Non hæc sunt, aut adeo in angulis gesta, aut à nostris annis remota, ut non ab omnibus agnoscantur. Quid promiscuas cædes enumerem? At harum summam nemo colligat unquam. Quid anni sexagesimi secundi supra mille quingentos, frequentissimas editiones, apud Senonenses, Cenomanos, Meldenenses, Trecenses, Aurelios, Lugdunenses, Andegauos, Turonenses? Quid aero septuagesimo primo, Arausio[n]em lanienam? Quid septuagesimi secundi noctem illam infandam? Vesperas, inquam, illas plusquam Siculas, Matutinas Bartholomeanas Geuebrardus vocat, quarum ne nomen quidem nunc auditur non præ horrore stantib[us] comis? Quid inde sequita, quacunq[ue] per Galliam vnuersum similia facinora? Apud Meldenses, Trecenses, Aurelios, Lugdunenses, Andegauos, Rotomagenses, Tolosates. Et apud Burdegælenes, infigate, inflammante Edmundo Augerio Iesuita? Triginta hominum millia inter paucos dies sic cesa, virorum, mulierum infantium. Certe sanguineos torrentes huc illuc in subiectum Sequanam dimanantes, Lutetiani videre, quod alias nunquam & Iubileum indictum est: supplicationes frequentissimo populo à rege, & numero aula habita, ad gratias Deo agendas, pro tam feliciter, & ex votore administrata. Rom. 6. Decemb[re] lectis literis Legati Pontificij in Gallia, decretū in Senatu: vt inde recta Pontifex cum Cardinalibus in ædem D. Marci concederet, Deoq[ue], Opt. Max. pro tanto beneficio sedi Romanæ, orbique Christiano collato, gratias solemnis more ageret: iten die Luna proxima, eodem nomine Milla Iolennis in æde Minerua celebraretur: eique Pontifex & Cardinales intercesserent: inde Iubileum toto orbe Christiano publicaretur. Vespere ex Mole Adriani summa latriæ signa, tormentis majoribus data: ignes hinc inde per virbem suscitati, nihil deniq[ue] teret permisum, quæ nunciatis maximis quibulque pro Ecclesia Romana victorijs, adhibent solent.

XII. Supercedo plura dicere. Quis enim finis, si omnia colligam? Si quæ ò[st]ræ indicauit exsequar ad ut[er]o. Si perfidie, feritatis, auaritiae, insolentia colligam circumstantias? Sufficiant ergo quæ dixi, atque ex ijs concludant pijs, merito ab Spiritu Sancto describi merecricem, non tantum fundentem humanum sanguinem: sed piorum sanguine etiam. Merito ergo à nobis hac nota, ut reliquis insignitam Romanam hæresin, Antichristi sed ipissimum appellari. Certe fatebuntur omnes, nusquam, & nunquam tota tantæque immanitatis exempla existare. Nihil ab insanissimis, immensissimisque Ethniciis, cogitatim, auditum, visum, quod sit cum feeleribus Romanis comparandum.

gg G

E 4.

## C A P . XVI.

## Descleribus Antichristi.

**I.** Ordine nunc suo sequitur Antichristi vita. Eten ea scelerata, & luxus. Primo igitur Paulus appellat *τον αδερφον της αυτοπτιας*, *Hominem illum peccati*; id est, hominem illum sceleratum, vel potius, ut annotat Beza, merum scelus, ex vi phraseos Hebraicæ, μέρος τοῦ ισχαιροῦ, εἰς τὸ γονόν τοῦ ισχαιροῦ, διανούσθαι. Infinita enim, tum ipse faciet, tum alij autor erit, ut faciant infanda, inquit Chrysostomus & Oecumenius, διότι καὶ τοῖς θεοῖς αὐτογνωτοῖς, οἵ τε εἰς τὸν αὐτὸν αὐτοῖς. Et ipse multa peccabit, & alios ad ipsum coget. Theophylactus Scelerum omnium patrator seducturusq; alios ad peccandum. Nec alio fine vocatur *αἴρω*, iniquum vertit Virtus interpres, & ντύσει Beza optime ex legem; videlicet, quia lese Diuinæ legi non sit subiectus. Et sanè eo vocabulo solet illi significari, cui perinde est quicquid agat, nulla sibi lege imposita præter proprias concupiscentias, adeo ut quicquid libeat, licet Quin etiam Ioannes appellat *meretricem Cur non?* ob impurissimam vitam? et si ob falsam religionem etiam, & quidem præcipue? Tum autem ita amat fieri, ut qui veritatem non amplectuntur, tradantur a Domino in reprobum sensum, ut faciant, quæ minimè conuenit.

**II.** Facilis nota. Sed pertinetne ad Papam? Nulla magis. Tum ad statum tum ad personam. De statu testes, nuperi, medijs, vereres. Iampridem enim declamat in corruptos mores Ecclesiæ. Et Ecclesiæ cum dicebant, eos habebant in animo, qui quasi proprio iure sibi post clericorum titulum, etiam Ecclesiæ nomen arrogabant; id est, *λόγως* Papam, Cardinales, Archiepiscopos, denique Prelatos omnes. Iam olim Petrus Damiani librum scripsit *Gomorra*, ad Leonem nonum, contra quadrimodam carnalis contagionis pollutionem, inquit ipse Leo in Epistola ad eum, apud Baronium, anno quadragesimo nono supra millesimum. Fuisse autem nominatim contra Clericos, haec Leonis indicant, Clerici vero, de quorum vita spuriissima flebiliter, pariterq; rationabiliter tua prudentia disputauit: vere & omnino vere ad funiculum hereditatis eius non pertinent, de quo ipsi voluptuosis se oblectationib; submouent. Et laudavit quidem librum Leo: sed Alexander II. qui quinto post Alexandrum loco sedet, suppressit, ita ut hactenus in pulicere iacuerit Vaticano. Prætexit causam Baronius, verborum obscenitatem: sui tamen oblitus, qui f. 10. co ntra testatus erat. Verba recito, *Quadruperta vita carnis, quibus obrueretur Ecclesia, ut decuit, quam potuit honeste, insinuari.* Si tam honeste, vnde nunc tam repente verborum tanta obscenitas? Sed si vera est tamen, vnde laudes Leonis? Aut cur castior Alexander? Aut, quæ spes fuit, suppressum irsitudinem morum, suppressa verborum obscenitate? Nimirum, hoc illud est, solliciti sunt magis boni illi viri de comprimentis satyris quam de purgandis moribus. Ut hodie Index Expurgatorius Hilpanus ex Alberti Argentinensis Chronico dicit, *Dæ potentia, & superbia sedis Apostolica, ac Prædicatorum, & Minorum.* Idem cum Belgico, ex editione Augustini ab Erasmo factæ. *Quam probitatem hodie, non temere reperiās in Sacerdotibus & Abbatibus.* Et infinita alia, quæ depravatos clericorum mores lancinabant.

**III.** Papyrius Massio in vita Clementis I exti. *Benedictum* eius sicilicet non minis nonum) ut nimis durum & asperum aulici ferme oderant: quia huic hominum generi ne boni quidem placent. Platina in Marcellino, *Nostra etate* vitia adeo creuere, ut vix apud Deum misericordia locum nobis reliquerint. Quanta sit auaritia/acerdotium, & eorum maximè, qui rerum potiuntur: quanta libido undiq; conquista, quanta ambitio, & pompa: quanta superbia & desidia, quanta ignoratio tum sui ipsius, tum doctrinae Christianæ, quam parua religio, & simulata potius quam vera, quæ corrupti mores, vel in prophaniis etiam hominib; quos seculares vocant, detestandi: non attinet dicere, cum ipsi a parte & palam peccent, ac si inde laudem quererent. In Stephano 3. Nunc vero, adeo refrixit pietas, & religio, non dico nudis pedibus: sed caligatis & cothurnali vix supplicare dignatur. Non flet inter eandem, vel dum sacrificatur, ut illi sancti Patres, & Trident., & quidem impudenter: De his etiam loquor, quos purpura insigniores facit, non hymnos canunt, id enim seruire videatur. Sed icos ac fabulas ad risum concitandum inter se narrant. Quid plura? Quo quis dicacior est, & petulantior, eo maiorem in tam corruptis moribus laudem meretur. Seueros & graues viros reformidat hic noster clerus. Quid ita? quia in tanta licentia malunt vivere, quam bene monent, aut cogenti ob temperare, & ob eam rem Christiana religio quotidie in peius labitur.

**IV.** Petrarcha, quid vehementius? Librum integrum edidit Epistolaram sine titulo, quib; vna materia est Auenio, ubi tum Papa, annos iam multis, vt videretur Babylonem à Tyberi procul ad Rhodanum, & a Septem montib; ad vnicum collem voluisse transferre. Petrarcha igitur & Babylonē semper appellat, & speluncam latronum, & multa alia. Epi. 12. Noni expertus, ut nulla ibi pietas, nulla charitas, nulla fides, nulla Dei reverentia, nullus timor, nihil iusti, nihil equi, nihil pensi, nihil deniq; vel humani. Amor, pudor, decor, candor inde exulant. De veritate quidem fileo, nam quis unquam vero locus, ubi omnia mendacis plena sunt, aer, terra, domus, turres, vici, atria plateæ, porticus, vestibula, aula, thalami, teatrorum laquearia, murorum rimula, diuersoria adiuncta, penetraria templorum, iudicium subsellia, pontificum sedes: Ad postremum ora hominum, nutus, gestus, voces frontes, animi: *Qui ait? an mentior? an vero de mendacio verum loquor?* Si illic fuisti & nullo tue maiore negotio distractus, in nefarium illa scenam, acumen ingenij, atq; oculos intendisti, alium iudicem non optato, quam scilicet omnia ibi virtute, veroq; sint vacua, plena criminibus, plena fallaciis, plena fucis, plena blandicijs, plena pessimis artib; ambitionis auaritiae, superbia, inoris. Vidisti siue inaniter fieri omnia: non tantum hominib; sed Deo. Et 17. Ecce iam oculis vides, iam manib; palpas, qualis est Babylon illa nonissima, feruens & stans, obscena, terribilis, quæ nec Cambyssis opus, Babylon Niliaca, nec illa vetustior regia Semiramidis, Babylon aquæ Assyria. Nilum & Euphratē Phodaneus vincit: nec pe qui tartarea flumina, Cœcum vincit, & Acherontem. Quicquid in spianam perfidia, & doli, quicquid inclemens, superbiaq; quicquid impudicitia, effrenataq; libidinis, auditisq; aut legisti, quicquid deniq; impietatis, & morum pessimorum sparsim habet, aut habuit orbis terre, totū istuc cumulatum videas, acerutatimq; reperias. Nam de auaritia, deq; ambitione supervacuum est loqui, quarum alteram ibi regni suis olim posuisse, vnde orbem totum populetur ac spolier: alteram vero alibi nusquam habitare compertum est. Vides populum, non modo Christi aduersarium, sed quod est gravius sub Christi vexillio, & illante in-

Christo, militantem Sathanam: & Christi sanguine tumidum, atq; lasciviem. Sed Epist. 18. magis ad Antichristum, Bonorum hostis, & malorum hostis, atq; asylum. Pessima rerum Babylon feris Rhodani ripæ imposita: si mosca dicam, an infamis meretriz, fornicata cum regib; terra. Illa qui em ipsa es, quam in spiritu sacer vidit Euangelista. Illa eadem, inquam, es, non alia, sedens super aquas multas, sive ad litora, trib. cincta fluminibus, sive rerum atq; diuinarum turbas mortalium, quib; lascivens, ac secura insider, opum immemor eternarum, sive, ut idem qui vidit, exposuit, populi, & gentes, & lingua, aqua sunt, super quas meretriz sedet. Recognoscit habitum. Mulier circa summa a purpura, & coccino & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritus, habens pectus aureum in manus sua, plenū abominatione & immunditia fornicationis eius. Sequuntur alia non pauca, tum in eadem, tum in alijs & pistolis.

**V.** In Concilio Lateranensi postremo, sub Iulio 10. orationem habuit Simon Begnus Episcopus Modrusensis, fess. 6. In ea hæc legas, *Tadet vero pigetq; fidem, pietatem, religionem nostris temporibus ita tepuisse, & pene dixerim, contubuisse videri, ut vix earum villa vestigia sint reliqua.* Et in nobis, quo tempore Ecclesia ab hereticorum persecutionibus vacua, summa pace, & libertate fruatur, tantopere fidem ac feruorem maiorum nostrorum animis in situ re-frixisse, & cum Hieremia vere dicere possimus, *Egressus est à filia Sion omnis decor eius, innocentia scilicet & castitatis Principes eius facti sunt ut arietes: hostes ingressi sunt sancti maria eius.* Ecclesia poluerunt: virgines eius & iuuenes in captiuitatem abierunt. Sacerdotes & senes speraverunt Deum. Non est lex, non est mandatum: *indicia perueriuntur.* Haccine est illa filia Sion, Sponsa Christi, quæ una esse debet: In sell. 9. Antonius Puccius singulos ordines prolixè exagrit: ut: & de clericis, quum dixisset eos olim vel deponi, vel saltu suspensi solitos ab officio, qui non recte se gererent, *Quod si,* inquit, *Ecclesia matris nostre benignitas prouidis suis consiliis, à tanta præcorum canonu severitate aliquantulum non temperasset, quoniam eiusmodi clerici tempestate nostra confugarent? quo conscientiam sibi tot scelerum faciem obvolverent?* Seuerius etiam sell. 10. Stephanus Archiepisc. Patracensis, *Magnus ille Dominus, vittia, scelerata, Specata, ac blasphemias contra Deum, virginem, & sanctos, turpissimas, quæ in Romana & universali Ecclesia, ac populo suo Christiano, & orbe vniuerso perpetratur, profusa iniuria amplius tolerare non valeat.* Et post, *Si cardines orbis sive reges tum cœli Ecclesia, tum terra: si quattuor rotarum Patres & religiosi, si magistri, & doctores, si aducati, & procuratores, si iudices & Romane curia officiales, Ecclesiæ rurum rectores, tantæ magnitudine magni Domini, & inuolabilis iustitia sua, & sepram, recta, simplici, & pura mente, iuxta legis Dei, & regularum diuinum intellectum, suscipere vellent, tot enornia & legi immaculatae contraria fractio iugis Christi, sine charitate ac Dei timore, plebem Christi, quasi panem deonorantes, non perpetrarent.* Rurlus, Sancti Apostoli, & illi qui nostræ Ecclesiæ suu sanguine adscirunt, caelestia, & bona immortalia, nos vero caduca, & mortalitia, & terrena quarimus: illi miracula & virtutes: non piacula, & scelerata: illi summi virtutib; gratiam nos vitiis iram consequuntur. Deniq; in Concilio Velectorum Cardinalium agnoscuntur abusus: id est, grauissimi morbi, quib; inquietunt, iampridem Ecclesia Dei laborat, ac preserit hac Romana curia, quib; effectu prope est, ut paulatim ac sensim ingrauecentib; pestiferis in morbis, magnam hæc ruinam traxerit, quam videmus. Apud Matth. Paris in Henrico III. Hugo Cardinalis, cum nomine Papa valediceret Lugdunensis. Amici, inquit, magnam fecimus, postquam in hanc urbem venimus, vtilitatem & eleemosynam. Quando n. primo hic venimus, tria vel quatuor prospicibil inuenimus: sed nunc recedentes unum solum relinquimus. Verum ipsum durat continuatum ab Orientali porta Civitatis, usq; ad Occidentalem. Addé Nicolaum de Clemangis: Addé Marsilius Patavinum in Defensore pacis, addé alios, quid supererat indicandam, euincendam qne ai oī iā.

**VI.** Adde recentiores, nondum tamen efferatos hoc pertinaci in veritate iam plene reuelata, odio, & quid dubi supererit: Ioannes Episcopus Chemensis in Oncere Ecclesiæ, quas partes reliquit intactas Ecclesiæ Romanæ, in cuius medio viuebat ΣΩΤΗΡ ΧΕΟΝΟΣ quidem Luther: sed minime tamen Letheranus: imo, qui Luther nihil nosset præter famam, *Militanti Ecclesia* (ait c. 19.) imminet plaga diuinæ iræ cum ob clericorum, tum ob laicorum cæcitatem & malitiam. Et hanc cæcitatem, hanc malitiam, latius extequirur deinceps. In primis sedes bestie, id est, Ecclesia peruersa, est incuria Romana, cuius regnum est tembrosum. Hæc sicut olim in Romano Imperio, sic hodie in Romana curia, est vorago diuiniarum turpissima: Crevit auaritia, periret lex a sacerdote, ac visio de Prophetæ, & consilium a seniorib; Claves Ecclesiæ sunt in abusus & seruitute simonia & ambitionis. Vitia non ferme Curialium celari, negariq; vix possunt, Roma quasi gressus flagitiorum. Ecce Roma nunc est vorago & mamon in inferno, ubi Diabolus totius auaritiae Capitanus resedit, vendens patrimonium Christi, Cardinales exteti & effusis sunt ad omnem superbiam, cupiditatē, & delectamentum carnis. Cap. 20. In ore Episcoporum est lex vanitatis pro lege veritatis. & gloria Sacerdotis custodiunt scientiam secularem non spirituale. Nunc temporis Episcoporum status & dignitas perpenditur in terrenis opib; ac plebeis curis, in bellorum procellis, in imperiis militib; Ca. 21. Tria facinora exercent Ecclesia prouisores. In canone vitam merecram habent: Secundo sunt inflatiabiles similes voragini maris ad cupiditatē pecunia. Tertiis bona irrationaliter & prodigaliter, sicut torrens in impetuoso aquam fundens, pro superbis largum tur. Quorum horribilia peccata ascendunt ante conspectum Dei. Longius sim, si omnia excerpam ex eo autore.

**VII.** Ioan. à Bononia, lib. de Æterna Dei Prædestinatione, in digressione de flagitis quorundam statu. Reliquit Deus Apostolos, Episcopos, Pastores, & Sacerdotes in terris, deditq; illis potestate suam pascendi gregem, suumq; consecrandi corpus & sanguinem, & absoluendi quilibet à quoque peccato: ac ratum se habetur in calis est pollicitus, quicquid ab illis per hanc potestatē ageretur in terris. Sed si Clerū hoc tempore respicias, in aliquib; videbis, bestia portentū, Dei servitū aut ignorantia aut negligunt, terrenis lucris inhiant, sacerdotiū per immuniditiam pollunt. Alii beneficis acceptis, nonnulli fidelis adulacionib; quidam munieribus pleriq; precib; sacerdotisa, aut emunt, aut conferunt. Vnde in hoc tempore, horum scilicet causa, non honoratur sponsa, Ecclesia Christi, sed spoliatur, non custoditur sed perditur, non defenditur, sed exponitur, non instruitur, sed profitur, non paescit, sed matat, & deuoratur. Hæc ille. Et quidem leniter, imo leuiter. Sed quæ illæ vitia in quibusdam, quæ non videt in omnibus.

**VIII.** Hactenus de toto statu. Nunc de ipsis personis Papistarum. Certe Adrianus VI. anno vigesimo tertio supra mille & quingentos, legatione missa ad Principes Germaniæ Protestantes, confessus est plurimis anni gravius, multinq; modis, peccatum esse Romæ, & inde à pontificio culmine malū atque

arque luen ad inferiores omnes Ecclesiarum praefectos defluxisse. Quam confessionem non est quod facile spes ab ijs qui *aua ḡn̄'z̄* faciunt bonos illos viros. Ioan. Chemenis in onere Ecclesia. c. 19. Sol, qui est spiritus alius potentatus factus est niger, quia non serenum calum, sed teturum infernum aperit, propterea peruersus Pontifex nominatur angelus abyssi. Agamus distin-  
ctius. Formotus iam olim eandem sedem occupavit, anno scilicet seculi no-  
ni octogesimo primo. Vir sanctus, si Baroni credas, & laudatissimus. Et ta-  
men Imperatores, Vidonem, Lambertum patrem & filium coronauit. ter-  
tiumq; contra eos, Arnulphum, vnde bella in Imperio non parua. Qui net-  
iam plebi Romane iratus, Arnulphum accerfuit, qui vlcifens eins iniuria  
multos Romanorum principes obuiam sibi properantes decollari prae-  
cipit, teste Luitprando. Tam mite ingenium erat Formosi, tam laudabile, Bo-  
nus vit tamen, si cum successorib; comparetur, quorum fcelerib; velandis  
nihil excoxitare Baronius potuit, alias tolerans, imo impudentissimus  
in dissimilans sedis eius, quibusque minimis, Itaque lugubriter deplo-  
rat calamitatem Ecclesiae, miraculumq; in eo comminiscitur, quod tantis  
fuctibus non sit obruta. Nimur illi semper constat sarta recta Ecclesia,  
quandiu tyrannus eam occupat, tum demum perditam confessuri, si redi-  
gatur in ordinem, id est, ad primam simplicitatem. Tam fuit illis sanæ men-  
tes.

X. Formo successit Bonifacius: homo nefarius, inquit Baronius, se-  
dem inuasit. Quanquam Platina legitime recteque creatum dicat. Verum  
die quintade cima pulsus à Stephano, ipso etiam malis artib; intridente se-  
ipsum. Conuocato Conclio, Formosi acta rescidit omnia, imo corpus ipsū  
sepulchro eratum, constituit in sede Pontificali indutum facerdotalib; in-  
dumentis, tum vero eadem indumenta derrahi iussit, tres digitos abscondi,  
quibus erat usus in consecrationibus: corpus in Tiberim projici. Infelici-  
sima tempora, Baronius exclamat, atque omnium luctuosissima, quorum  
occasione Lectorem putauit monendum, ne quid scandal i patiatur, si quā-  
do videre contigerit, abominationem desolationis in templo. Quantulū distans  
à Lutheranis? Nam quod hī factum agnoscent, ille contingere posse fate-  
tur minirum ut Romæ sit abominatione desolationis. Sed vide astutiam. Non  
vult quenquam scandalum pati, etiam si viderit abominationem desolatio-  
nis in templo: hoc vero quid est? Nimur etiam Antichristum ipsum cō-  
tigerit Romæ federe, tamen ne quisquam recedat ab eius obedientia. Ita-  
que valde laudat Episcopos Gallicos, qui ne hac quidem monstra non coluerunt. Et tamen Christus Match. 24. *Tunc qui in Iudea sunt, fugiant in montes.* Cæterun, sunt qui dicant duos tantum digitos abscessos, colique in  
Tiberim projectos: corpus a. m'ndatum sepultura laicorum. Nimur, ut  
Sergio postea non decesserit crudelitatis subiectum, qui è sepulcro eductum  
cadaver, capitali supplicio affecit, haud fecus ac viuum, sepultaque indi-  
gnum proiecit in Tiberim. Ita Luitprandus: Ita Platina. Baronius (altem a-  
gnoscit Sergium fuisse Stephano aurorem eius fceleris: imo in partendo an-  
telegit) At Onuphrius, in additionib; ad Platinam, maulit hæc omnia  
etiam fabulosam, nimurum præzelo eius fedis. Sed Baronius acta habet Syn-  
odialia sub Ioanne, quibus Synodus à Stephano ad id coacta damnatur.

X. In Benedicto IV. ita scripsit Platina, *Sanctitate & doctrina, que non nisi*  
*magis laboribus, consummata, viri compariuntur, Pontificum decus fine-*  
*vallis opib; primo quidem auctū est inter tot hostes, & obstinatos persecutores Chri-*  
*stiani nominis, mox vero ubi cum ipsis opibus lasciare coepit Ecclesia Dei versis*  
*eius custorib; à severitate ad lasciviam, peperit nobis tanta licentia peccati nullo*  
*principi flagitia hominum tum coercente, hæc portenta, ambitione & largitione*  
*sancitissima Petri sedes occupata est potius quam posessa. Monstra vocat, an mol-  
lius quam Paulus hominem peccati? Sergium tertium nefandum Baronius*  
*nominat & vt ab ipso Paulo doctus videatur, Hominem, vitorum omniū*  
*seruum, facinorisissimum omnium: assignans e, malum ingressum, dete-  
riorum progressum, pessimum egressum. Is impotenter indulgens impudē-  
tissimo scorso Marozia, genuit Ioannem 12. postea Papam. Scilicet eius mater*  
*Theodora deperitabat Ioannem Rauennatenem Episcopum: quo ut facili-  
us potiretur, Romam efficit, vt veniret, Landone sedente, hocque post*  
*paucos dies moriente, illum in eandem sedem intravit, eius nominis deci-  
mum, lessorum annos sedecim, id est, donec à Marozia Theodore filia, in*  
*cicerem missus animam efflaret, dignum, inquit Baronius, suis fceleribus*  
*finem accipiens. Succedit Leo sextus: Tum Stephanus VIII. obscuri nomi-  
nis: quibus defunctus Marozia Ioannem suum ex Sergio filium obtrudit.*  
*Et talia (inquit Baronius) pati coacta est sancta Dei Romana Ecclesia, vt sic*  
*deformiter à tanto monstro inuasa conculcaretur. Platina dixit, cum gelidus*  
*spiritus militares, magis quam religiosi deditos, & tamen huiuscmodi*  
*Pontifice indiguisse tunc Ecclesiam, atque Italiam. Quis negat? Imo quis*  
*non miretur eius Ecclesiae sanctitatem, cui monstra sint hominum utilia,*  
*imo necessaria?*

XI. Paulo post extitit Ioannes duodecimus, siue decimus tertius puer  
annorum octodecim ad summum, vt docet Baronius, Homo (inquit Platina) ab adolescentia omnibus probris ac turpitudine contaminatus, & generationibus  
magis, se quid temporis à libidinibus supererat, quam orationi deditus. Addens,  
hunc fcelerissimum hominem, vel hoc monstrum potius in adulterio depre-  
sum, & confossum interisse. Multa de eo Luitprandus sex postremis capitibus lib. 6. recitatis actis contra eum in Synodo, à qua depositus est, electo  
Leone octavo. Vbi tu mihi vide Papisticum, & quidem Cardinalium in-  
genum. Nam Baronius, eti si impurissimum appellat, quemque omnes  
detestentur boni. tamen longe acris, vehementius, prolixiusque dabat-  
hatur in eam Synodum: cuius iudicium, spurium appellat, & sacrilegum  
propterea que Leonem Pseudopapam: imo omnino inter Papas non nu-  
merandum. Quam ob causam? Scilicet hanc vnam, quod inuito  
Ioanne, Ioannem deposuerint. Oſcelus! o portentum! o sacrilegium!  
Sed apud Romanos: apud quos longe confutius est monstra hominum,  
imo monstra fcelerum adorati. Et mihi tu rursus vide *μωσεόντα γναθονικόν* ingenium. Postquam multis debacchatus est contra id  
Concilium, tandem verritur in laudes Ottonis Frisingensis, sanctum ap-  
pellans. Quam ob causam? Hanc vnam, quia magnifice sensit de suc-  
cessoribus Petri. Hoc autem quid est? Primo subdubitare visus est de actis  
eius Synodis, & trum essent iusta. Secundo negauit verisimile esse Ioannem  
fuisse impium, *Inueni in quibusdam Chronicis, inquit, sed Teutonicorum, pre-  
fatum Ioannem reprobabiliter vixisse, sed frequenter super hoc ab Episcopis,*  
Tom. II.

alijsq; subditis suis conuentum fuisse. Cui rei durum videtur fidem accommodare, quia Romana Ecclesia hoc speciale priuilegium Sacerdotibus suis adscribere solet, quod meritis Petri super firmam Petrum fundati, nulla eos porta in inferorum, vlturbo tempestatim ad exitalem ruinam involuit. Egregiam vero sanctitatem? Quid ni? Nam accedit quam proxime ad Iesuitarum nostrorum cæam obedientiam, virtutem lane eximie Papisticam, vt videntes nolint videre, & sita commodum sit sanctæ sedi, vel meridie negent solem lucere. Inde est proculdubio, quod in Actis Synodi Romanae contra Leonem institutum ab Imperatore, idem Ioannes vocatij p̄fissimus, mitissimus, angelicus, sanctissimus.

XII. Ioannes decimus tertius, alias decimus quartus, insigne crudeli-  
tatis documentum dedit, si verum est, quod scribunt quidam. Nam Petru-  
m urbis præfectum, a quo in carcere coniectus erat, sibi ab Imperatore  
traditum, sic excarnificavit, vt abrasi barba, capillis suspenitus ad caput  
equi Constantiniani aliquandiu steterit, indeque ablatus, asino impositus,  
verso ad claves vultu, & manibus sub cauda ligatis, per urbem ductus, &  
virgis casus fere vsque ad interitum, denique in Germaniam ablegatus sit.  
Benedictus eius successor à Cinthio, præfecto Romano in carcere misus,  
laqueo vitam finiuit, nemine eam iniuriam vlcifcente. Itaque veretur Pla-  
tina, ne talia fuerint eius merita, quale præmium consequutus est. Eo  
mortuo Papatum usurpauit malis artibus Bonifacius, quem Baronius sce-  
lestissimum virum appellat, & à Benedicto primo Roma pulsum, basilica  
Vaticana prius spoliari Constantinopolim nauigasse, constituto in eius  
locum Benedicto: secundumque eum, Ioanne decimo quarto, quem crū-  
delissimum Papyri Masso dicit fuisse. Hunc Bonifacius Constantinopo-  
li sedens, in carcere detulit misereperitum. Verisimile est Ioannis mo-  
res odium ei conflasse, & desiderium Bonifacij in Romanis excitauisse.  
Successit Ioannes decimus quintus, quem Platina norat, miro odio in cle-  
ricos exarsisse, atque Clero contra merito exolum: maxime quod diuina  
humanæ que omnia cognatis & affinibus suis largiretur, posthabito Dei  
honore, & Romanæ sedis dignitate: exemplo in posteris continuato.

XIII. Succedit Sylvestris secundus, de quo actum libr. 3. tom. I. Inde  
continua serie. Ioannes cognomine Siccus: alterteriam Ioannes, non bonis  
artibus adepti dignitatem: factio Comitum Tusculanorum, eodem an-  
no vterque, Ambo indigni Baronio vidi, qui inter Papas numerarentur.  
Exinde Sergio quartus fedit, tum Benedictus VIII. inde Ioannes Benedi-  
cti frater: nam vtriusque parer erat Georgius Comes Tusculanus. Et quidē  
de Benedicto iampridem actum erat, nisi succurrit iste impostura, finixerunt  
enim bis post mortem apparuisse Episcopo Portuensi, declarasse que à  
purgatorijs p̄cenis liberandum intercessione Odilonis: Rursus Episcopo, si-  
ue Capuae, siue Caprea incertum ytri, an potius certum heutri? Sed singulis  
saltē appariuisse vectum equo atro, iussisseque rogari fratrem, vt in paupe-  
tes erogaret thesaurum à le certo loco reconditum: ita enim posse redimis-  
nam quæ viuens erogarat, nihil prodesse, quia ex rapinis. Ita solemne est a-  
pud Papistas, eos qui viuū nequam fuerunt, post mortem ih viros frugi tran-  
substantiare. Sed aduertire acumen. Quæ viuū erogarat, nihil profuerant.  
Iam hoc Papisticè. Cōdonetur tamen. At cur non profuerant? Quia ex ra-  
pinis. Esto. At is thesaurus, qui iubetur erogari, vnde? Quasi non rotam  
Georgij Comitis Tusculani familiam, multis infamata sceleribus traduci-  
cat Baronius. Sed Ioannes non legitimate vocatus, imo malis artib; ascendit  
in sedem, & quidem neophytus, id est nullus ante sacerdos initiatus. Nefas di-  
ctu, inquit Baronius, qui qui legisset nunquam Ambrosium etiam Cate-  
chumenū fuisse, cū eligeretur. Sed ad rem, succurri oportuit tanta sedi. Ita-  
que ex Petri Damiani lepida narratione se, unde apparitionis, concluditur  
Ioanem abdicasse sciplum, tū legitimate confirmatum annos decem legitimè  
præfuisse. Quū tamen, neque quisquam abdicationis eius meminerit, præ-  
ter autem fabulosæ narrationis, & ipse autor fabulosus scribat, exuto  
Episcopalis sarcinæ pondere, monachum induisse, hoc est, deinde Papam  
non fuisse.

XIV. Quæ successerunt, longe grauiorem Baronio lacrymarum occa-  
sionem dederunt. Defuncto Ioanni subrogatur Benedictus IX. ex eadem  
Comitum Tusculanorum familia, puer annoem decem, probrosissimæ vi-  
tae: quem Petrus Damiani testabat ab initio sua creationis ad finem vsque  
semper luxurijs inquinatum. Quem ignavum, nulliusq; pretij (vt ait Platina) tandem, hoc est, año undecimo Romani destituit, substituto Sylvestro  
terrio, eo, qui etiam ipse multa pecunia Romanorum suffragia redemerat.  
Et tamen die quadragesimo nono, Sylvestro pulso, Benedictus restituitur,  
qui sue securitati cōsulens, Pontificatum vendidit Ioanni, cui nomen Gre-  
gorio sexto. Verum Imperator Henricus II. habita Synodo, Benedictum,  
Sylvestrum, Gregorium, tanquam tria determia monstra, abdicare se ma-  
gistratu coegit, constituto Clemente secundo. Hanc historię seriem varie  
Baronius pro suo tractauit ingenio: levissimus, vt semper, cōiecturus nixus.  
Nam & Gregorium legitimate, canoniceque electum afferit, & quam alijs  
venditionem appellant, ille prudentissimum, aptissimumq; temedium, cu-  
randis tantis malis, necepe vt quemadmodum Cerberus esca obiecta opis-  
tus est, sic istis monstrib; satisficeret, diuisis Ecclesiæ reditibus. Cæterum Im-  
peratoris detestandam audaciam fuisse, qui negotium faciliere aulus sic  
Gregorio: & tamen Clementis subrogationem approbatam ab omnibus  
Romanis, hoc est, populo, atque Clero. Sed moritur paucos post menses  
Clemens, & Benedictus iterum sedem inuidit. Etsi non mense crearetur  
Damatus lecundus, paucis dieb; post mortuus, & quidem vt cōsent non  
nulli, veneno. Quem tamen ipsum Platina, Pontificatum per vim occupa-  
se scribit, nullo cleri, populique consensu. Adeo enim inoleuisse hunc mor-  
tem, vt iam cuiq; ambitioso liceret eam sedem inuidare, & vt idem in Syl-  
vestro tertio, qui plus, non sanctitate vita, & doctrina, sed largitione, &  
ambitione valeret, is tantum dignitatis gradum bonis opprellis, & reieclis  
obtineret. Quem morem, inquit, vñam aliquando non retinuerint nostra tē-  
pora. Vincentius speculib. 26. c. 21. autor est Benedictum illum, Ioannis  
successorem post obitum apparuisse in specie monstrosi animalis, profes-  
sumque feita damnatum, vt inde vñque ad diem iudicij per dumosa, Iqua-  
leant, & sulphurea loca, fastidaque & bullientia raptaretur: postea vero, vt  
suum corpus sicut que animam irremediabilis cruciatus, & irreuocabilis  
olla gehennalis barattæ glutiret, adeo vt nulla spes foret restitutionis.

XV. Hæc rerum Romanarum series inde ab exitu Formosi, qui con-

tigit anno Christi octingentesimo nonagesimo quinto, ad obitum usque Damasi secundi, id est, annum millesimum quadragesimum octauum. Spatium est annorum centum quinquaginta trium: quibus tot scelerati sedebunt Papae, immo aut nullus, aut vix nullus, quem fuisse bonum virum consentiant omnes. Quod si quidam fuerint, in quorum laudem multi consentiant, quis non facile coniiciat, factum, partim ex adulacione, partim ex deteriori comparatione? Certe Leonem nonum laudant horum successorē. At quem virum? Qui oblitus Pontificem, maluit agere Imperatorem, conscripto, ducto que exercitu contra Normannos, tum nescio quid occupantes, quod sibi Romana sedes vindicabat. Seuere eam ob causam reprehensus a Petro Damiani: a bono autem Baronio strenue excusatus, afferente non esse militem indignam Pontifice, dum ipse se eam non exerceat, sed procul a telorum iactu iubductus, alios acriter instiget. Credo ita doctus a Paulo & Petro: an potius, ab eodem spiritu, a quo nuper Clemens VII. didicit, ad occupandam Ferrariam, bellum sanctificare, sacerdotalibusque tubis more maiorum indicere, ut in promptu haberet omnem vicisci inobedientiam, ut impurissime nugatur Baronius, epistola praefixa tom. 8. quasi ex professo irridens Paulum, qui arma sua negabat esse carnalia. Ergo laudabatur Leo, non ipsis laudibus cum Petro, & Paulo, aut cum longe inferioribus, qui Petrum & Paulum multis annis sequuti, quid enim simile? Sed quomodo Tiberium laudare potuerunt, qui Neronis rabiem erant experti, aut Domitianum etiam, qui Neronis meminerant?

XVI. Attendite tamen acumen Baronij, anno millesimo trigesimo tertio regre ferentis haec Paparum monstra objici Romanæ Ecclesiæ, tanquam Antichristi vestigia, camque ob causam in Nouatores, quos appellat stylū acutis. Summa est, non facere ista Romanam Ecclesiam, sed pati. Itaq; debere nos potius ei condolere: & in autores malorum iacula probrorum intorquere. At ego: quorsum, in quam, ista? Nam primo, quo iure dicitur Ecclesiam Romanam ista pati tantum, non etiam facere? At contra: Romanii plerunque ista fecerunt: ipso: ipso, in quam, teste Baronio, Quid ergo? an nulla est in Romanis Ecclesia Romana? An est absque Romanis Ecclesia Romana? Aut, quid aliud exspectes, ab initio, quum nondum idola Ethnica Romani deseruerant? Tum enim fateor distinctam fuisse à Romanis Ecclesiam Romanam. Vere enim Paulum, & Petrum Romani occiderunt, quos non occidit Ecclesia Romana, quæ erat & sancta & pia. Sed nimur recenti Papisticorum more Baronius loquitur: qui Ecclesiam non agnoscunt, nisi in rasis, & vñctis: plebem, eo nomine indignam censem. Quid ad nos, si ille vocabulis abutitur? Deinde, quid tum, si passa est? Nemo enim dubitat, tum quū sedet Antichristus in templo Dei: id Ecclesiam pati, non facere. Vult neigitur Baronius, non agnoscit, immo non esse ullum Antichristum? Praeterea quanto cum scelere, haec illi, hominum monstra, se tantum pati dicunt, qui tamen eadem obtrudunt, pro capite Ecclesiæ: pro Vicario Petri: immo pro vicario Christi: pro ipso Christo: pro norma fidei: pro summo controversiarum iudice? Denique, cur non hæc illi omnia probra objiciamus, quæ non vult se meminisse qualis fuerit: sed imponentissimo arrogatio fur. re, alias omnes, non contemnens tantum, sed conculcans, effert se supra cœlos?

XVII. Sed fortè deinceps in melius res mutatae, & desit hominum ~~attra~~  
~~xi, imo, uariæ, græstari Romæ.~~ Utinam vero ita esset! Non enim tanto odio Romanum prosequimur Catholicæ, vt non mallemus monstris orbē caruisse. Sed eum nobis Scriptura describit Babylonis statum, qui duraturus sit, ad usque eius interitum. Nec frustra votum fuit, Apocalypses 22. Qui noceat, noceat adhuc, & qui sordidus est, sordidat adhuc. Itaque Romanos furores oportuit abire in deterius. Non est enim homo peccati, qui recedit a peccato. Nemo igitur speret meliora tempora. Contra potius deteriora, & sanæ, quanquam sunt horrenda, quæ excerpimus: præ ijs tamen, quæ frequentur, tolerabilia. Vix enim extra urbem Romam, certè noui ultra vicina Romæ loca porrigebat se furor. At deinceps, vniuersa penæ Christianitas est concussa: Papis, iam aperte, vi atque armis graffantibus, haud alteriter, quam latrones solent, immo tyraanni immanissimi, qui omnia sibi subiiciunt, quo iure, quo in iuria. Et quidem haec tenus magnos motus vidimus, ab ambitione Paparum. Sed tamen ita, vt Imperatoris se virib. Papæ defenserent, ad cuius tutelam configiebant, open implorantes. At deinceps videbimus ipsos suis exercitibus pugnantes, cui rei: immo, cui sceleri (nam certè scelus est in ijs, qui se Ecclesiasticos dicunt, & successores ietri) initium dederat Leo nonus. Videbimus insurgentes in Imperatores, in Reges, eosque pro arbitrio, non excommunicationibus tantum suis armis, sed etiam perfidia, proditionibus, parricidiis, impetrere armis: & his quidem non suis, adeo nihil illis sancti, nihil iusti præ oculis.

XVIII. Paucis ergo post annis Alexander secundus fit Papa à Romanis, et que ab aliis opponitur Cadolus: qui armis decernendum putans, arma opposita sensit Mathilidis: eiusque mariti: quibus armis Alexander tutus fuit. Successit Gregorius septimus, priori nomine Hildebrandus, fax orbis: qui primus violentissime Imperatores vexauit. Vexationis, siue cana, siue prætextus, Simoniaca hæresis, ita enim appellabant ijs, qui nesciebant Deo reddere, quæ Dei erant: & Cæsari, quæ Cæsaris. Nam quum siue liberalitate principum, siue rationibus non licitis, Ecclesiastici magnas sibi opes comparassent: mos inualuerat, vt ad Ecclesiæ cuiuspiam Episcopatum electi, ab Imperatore in uestitutam acciperent: quæ testabantur se suas opes beneficij loco habere ab Imperatore, cique in temporalibus subesse. Eum morem verisimile est, in abusum vertisse, vt sepe fit. Et quid mirum in aulis principum? Quum ipfas (quæ vocabantur,) Ecclesiæ, lues inuaferit? Nihil enim Romæ mitius acutum, quam in aula. Accedebat, & hoc, quod sibi Imperatores autoritatem vindicarent confirmandi Pontificis Romani. Atque adeo, quia Alexander inscio Imperatore electus erat, Cadolus, quem diximus, oppositus fuerat. Vtrumque ægerrimè ferebant Pontifices, sed vix progressi ultra querelas. Donec in eam sedem exaltatur Gregorius septimus: cuius altiores spiritus fuere, conatus audaciores: Itaque, quem Alexander præcessor tantum citauerat, de consilio principum Saxonum rebellium, excommunicauit, regnumq; abrogavit. Excommunicationis, atque abrogationis formulam contraxit Platina: integrum Baronius descripsit, ad annum septuagesimum sextum supra mille. Ea formula nihil inquam vidit Christianus orbis insu-

lentius: nihil tumidius: nihil alienius ab Ecclesiastica modestia. Hac ita fiducia fretus pro Ecclesia tua ( Petrum alloquitur, nouo inauditoq; exemplo) honore & defensione, ex parte omnipotentis Dei Patri, & Filij, & Spiritus Sancti, per tuam potestatem, & autoritatem Henrici regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Tentatorum, & Italia gubernacula contradicere: Omnes Christianos a vinculo iuramenti, quod sibi fecerit & facient, absolu: & vt nullus ei sicut regi seruat, interdicto. Et post, Vinculo eum anathematis vice tua alligo, & sic eum ex fiducia tua alligo, vt scians gentes, & comprobent, quia tu es Petrus. In eam rem conuocata est Synodus Romana, in qua cum alia multa, ante id tempus inaudita, tū hoc decretum, ex re prælenti, Quod Papæ liceat Imperatores deponere. Quod à fidelitate iniquorum subiectos potest absoluere.

XIX. Otto Frisingensis nobilis eorum auctorum historicus, Lugo & relego Romanorum regum & Imperatorum gesta, & nusquam inuenio quenquam eorum ante hunc à Romano Pontifice excommunicatum, vel regno priuatum. Quanta a. mala, quot bella, belli, & discrimina inde subsecuta sint: quoties misera Roma obessa, capta, vastata, quod Papa super Papam, sicut rex super regem positus fuerit, taet memorare Deniq; tot mala tot schismata, tot tam animarum, quæ corporum pericula, huius tempestatis turbo inuoluit, vt solus ex persecutione immunitate, ac temporis diuturnitate, ad humana miseria infelicitatem sufficeret cōprobandum. Unde à quodam Ecclesiastico scriptore, sensissimi Ägypti tenebris comparatur. Hac Otto Frisingensis, & quidem in cauam Papæ, id est Ecclesiæ (sic n. rum temporis loquebatur) propensior: eamq; ob causam silentio inuolvens, quæcumq; acciderunt Gregorij tempore, statimq; desilient ad eius successores. Sed quæ subiicitur Otto, alij suse prosequuntur. Bertholdus Constantiensis, Lambertus Schafnasburgensis, Marianus Scorus, Siegbertus, Paulus Langius, Gobelinus, Goifridus Viterbiensis, atq; alij: no. uissimus Baronius. Ex quibus ista sunt excerpta.

XX. Animos Gregorio faciebant Saxones Imperatori rebelles: ab eoq; graui prælio vieti anno eius seculi 75. Imo teste Langio, fuit id bellum excommunicationis non parua occasio. Et tane apud Alexandrum Saxones Imperatorem erant criminati, & varijs pralijs infaustis irritatores facti, Roma calumnijs suum negotium promouebant, quod armis non poterat. Henricus attonitus hoc fulmine autorib. etiam principibus, polluteret se Papæ latifacutum: Itaque abit in Italiam, media hyeme eaq; sensissima: ita aduersis omnibus, qui Papæ fauebant, vt etsi cum vix regio comitatu, tamen redimendus ei fuerit transitus, etiam ab ijs qui eum languinis affinitate contingebant. Et Baronius, non potuit non obseruare, ita apparuit finistram mentem eorum, qui Papæ fauebant. Papa Canusium se confert in arcem munitissimam, videlicet sibi veritus. Rogatus ab Imperatore per legatos, vt sibi veniam daret, primo resistebat, tum quasi inclinatus postulabat, vt prius sibi traderet coronam, cæteraq; regni insignia. Quod cum durius omnes iudicarent: vix tandem ægre, consensit, vt veniret. Venit ergo ad arcem triplici muro circumdatam: & receptus intra secundum murorum ambitum, foris derelicto omni comitatu suo, deposito que cultus regio, nudis pedibus, iejunus ad vesperam vsque triduo perseuerat. Quarto demum admissus, & veniam imprestitis durissimis conditionibus, vt ad certam diem, certumque locum ad atrium Papæ siteret se iudicandum & vel confirmandum in Regem si probaret suam causam, vel destituendum. Interaneq; cultum, insigniave, aut opera Imperatoris usurparer, liberatis etiam omnibus à sacramento, quo ei se obstinixerat.

XXI. Tam indigne, immo tam crudeliter tractatum Imperatorem, omnes Itali egerrime tulerunt. Quis autem miretur ipsum indignatum? Inter ea Germani rebelles, vrgent Papam, vt rei consular publicæ: Rogant ad se veniat, conuenturos intra paucos dies. Gregorius Henricum admonet, vt ei conuentui sistat se. Ille negat posse, propter tum brevitatem temporis: tū Italcarum rerum statum, u' necesse esset prouidere. Itatus Papa ad Germanos scribit: negat posse ad eos ire, obpericula itineris, iuber suis reb. ipsos consulere. Itaque Rudolphum eligunt in Imperatorem, Henrico destituto. Gregorius tandem excommunicationem renouat: quam describit Baronius anno eius seculi 80. Henricum, quem regem dicunt, omnesq; fatores eius excommunicationi subiicio, & anathematis vinculis alligo, & iterum regnum Teutonicorum & Italia ex parte omnipotentis Dei, & vestra Petrum & Paulum alloquitur, quū in priori formula tantum Petru) interdicens ei omnem potestatem, & dignitatem illi regiam tollo, & vt nullus Christianorum ei sicut Regi obediatur, interdicto, omnesq; qui ei iuraverunt vel iurabunt de regni dominatione, à iuramenti promissione absoluo. Ipse Henricus cum suis fatoribus in omni congreSSIONe belli nullas vires nullamq; in vita sua victoriā obtineat. Ut autem Rudolphus regnum Teutonicorum regat, & defendat, quam Teutonici solerunt sibi in regem, ad vestram fidelitatem ex parte vestra dono, largior, & concedo, omnibus sibi fideliter adhaerentibus absolutionem omnium peccatorum, vestramq; benedictionem in hac vita, & in futura, vestra fretus fiducia largior. Hæc in bulla, & statim misit ad Rudolphum coronam, cum versu inscripto,

Petra dedit Petro, Petrus Diadema Rudolphi.

XXII. His conatib. suos conatus Henricus opposuit: itaq; eutat Gregorij exautorandum sufficiendumq; Giberrū Rauennatē dictum Clementem tertium. Deinde mouet in Rudolphum, cū quo sæpius congressus, tandem victor eusatis, postremoq; prælio Rudolphus dextra absclista, quam agnouisse dicitur eandem, quæ fidelitatem iure iurando promisisset Henrico, moritur. Dicitur etiam Gregorio paulo ante reuelatum, eo anno falsum regem moritur: quod ille interpretabatur de Henrico, sed euentus in Rudolphum vettit. Rudolpho substituitur Hermannus Saxo Comes Lucburgensis: Huic à muliere, sic enim multi tradunt, saxo delecto, pereunti Egbertus Marchio: qui ipse in fortuito prælio perit. Atq; ita. Henrici res in meliorem statum restituuntur. Gregorius itidem nouo antipapæ obuiam, it, armata manu. Et in statu spe auxiliū à Normannis, publicis literis, post Kalendas Septembres, inquit, postquam tempus frigescere cooperit, cipientes sanctā Rauennatē Ecclesiam de manib. impis eripere, & Patri sui beato Petro restituere, partes illas armata manus (sicut de Domino speramus,) petemus, ac per ipsius auxilium nos tam liberaturos hand dubie credimus. Veturum refutat, teste Baroni, impetus, Henricus in Italiam varias expeditiones suscepit. Romam ipsam vi aggreditur, capitq;. Gregorius tandem Salerni in exilio moritur.

XXIII. Suc-

## LIBER DECIMVS SEXTVS, CAP. XVI.

253

**XXIII.** Succedit Victor: non multo post extintus sive veneno, sive alter. Cui Vrbanus sufficitur in annos duodecim: nihil remittente furore. Quin potius Henrici filius Conradus exsurgit in patrem: quo facto, inquit Baronius, anno millesimo nonagesimo tertio, schismaticorum (i) erat qui Henrico fauabant vires mirum in modum labefactatae, minui caput Caglicorum vero inualescere. Itaq; exceptus est a Papa, cui etiam stratus munus exhibuit primus omnium: & vicesim pollicitus ei Vrbanus consilium, & adiutorium ad obtinendum regnum, & ad coronam Imperij acquirendam: teste Baronio, anno millesimo nonagesimo quinto. Sed is non diu vixit. Vrbanus etiam moritur: succedit Paschalis secundus: qui non ratum excommunicationem Henrici renouat: sed etiam Henricum eius filium recipit, fouet, iuuat, vix quicquam sceleris, proditorisq; omittentem, quo patrem senem de solio detuderet. Quod & factum. Excusatur a. a. Baronio, anno millesimo centesimo sexto, exemplo phreneticorum, quem pius filius co-ijcit in vincula. Quib; si ad hoc usus est, inquit, ut patrem ad saniorum sensum converteret, soluq; cararet tenacioribus vinculis anathematis arcuus frequenti iteratione constrictum: quis negare poterit? summum fuisse hoc pietatis genus, in hoc se exhibuisse crudelitatem? Sic nimirum dicens: μηδε δια τον θηραπευτην. Sed illud certum, οὐ γάρ οὐ πάντας οὐδέ τις λόγος διδούσας λόγος οὐ Φύλος ποικίλος οὐ ζητεῖται μηδέ τοι. Ita tandem electus Henricus est, & mortuus. Ac ne mortuus quidem Papistici furoris expers Multos enim annos inseptum fuit eius cadaver.

**XXIV.** Nec finis tamen Antichristiani furoris. Idem Filius qui in Papae gratiam armatus est contra patrem, cogit contra Papam arma sumere. Quoniam veniret in Italiam, Paschalis nonnihil ab eo timens, sive propria agitatus nequit, sive aliam ob causam, praeveniens cum Principib; Apulia pacificari, ut si opus esset, contra Imperatorem Henricum dimicarent; Romanorum itidem proceres simili sacramento constrinxerunt. Id factum anno millesimo certissimo decimo. Quo Imperator venit in Italiam, cum exercitu, predecessorum suorum dignitates, & iura, simul & Imperij coronam a Paschale postulans, pollicitus fidelem futurum, & filium Sancti Petri. Tandem pactum conuentum, ut Rex in uestituras Episcoporum remitteret: & Papa resignaret regalia. Sic admissus Imperator ad osculum pedis. Quoniam pactis conuentis postularer stari, obstitisse Episcopos dicunt Otho Frisingensis, & Gotfridus Viterbiensis: ne Papa impleret, que pollicitus erat. Petrus a Diaconus apud Baronium, postulasse Imperatorem coronam, eodem iure, quo olim accipitissimus Carolus, Ludouicus, Pipinus, idq; Pontificem negasse fieri posse. Itaque iratus Imperator Papam detinuit: Romani seditionem mouent: Imperator abducit Paschalem, tandemq; iurare cogit, sibi q; etiam in uestituras concedere. Paschalis liberatus vocato Concilio, ius iurandum teuocat. Hinc noui motus, excommunicatus Imperator, armis rem gerit: constitutusque Antipapam. Paschalis moritur: Gelasius successor in Galliis decedit. Tandem Calisto electo, pax componitur, Imperatore verito. ne se idem exitus maneret, cum Patre. Id factum anno millesimo centesimo vigesimo secundum quib; ab Alexandri secundi initio, anni fluxissent sexaginta pauloque amplius.

**XXV.** In his tantis motibus, aduertere Paparum scelerum. Primo, fautores sunt editio[n]is, Saxonu: qui contra legitimum suum principem arma ceperant: atq; ab ijs sollicitari se patiuntur: imo persuaderi, ut confisi coniuncti in eum fiat imperius. Secundo, excommunicant Imperatores, tanquam impios. Quoniam ob causam? Fidem ne Ecclesia violatam? Minime vero: quam quoniam nec propterea quidem Liberius simile quicquam ausus erat: eiulve εὐχεισοδοι. Episcopi. An propter sacramenta Ecclesiastica violata? neid quidem. Quid igitur ob in uestituras: quarum recentissimum nomen, recentissima originem arguit: ideoq; nullum ius Diuinum aut Apostolicum, aut etiam Ecclesiasticum. Quid? quod cerrum est ad Imperatorem pertinuisse. Nam quando erat auditor ab Episcopis Romanis datas in uestituras. Imo quoniam Henrico V. coronam postulanti, eodem iure quo eam Carolus magnus habuerat, & successores, negaret Pontifex posse, quis non videt negari non potuisse, solitos esse Carolum & successores concedere eiusmodi in uestituras? Et tamen Carolum, Ludouicum, Pipinum, quis legit excommunicatos? Videlicet nondum satis erat confirmata Pontificum temeritas. Tertio, non excommunicant tantum, sed etiam priuant Imperio. Et ad Episcopos spectare potest regni iurisdictio? Hoc aliquis sanctorum vñquā cogitauit, ne-dum dixerit. Et tamen sic vulgo reges terrebant: & quidem multo magis, quā excommunicatione. Itaque idem Gregorius ad Hugonem Cluniensem, de Alphonso Hispanie rege. Significare te sibi dignum duximus, non eum si culpam suā non correverit, esse excommunicatos, & quotquot in partibus Hispanie fideles sancti Petri, ad confessionem sua sollicitaturos. Qui si minus preceptione nostra obedirent, non grauem existimaremus labore nos ad Hispaniam profici; & ad aduersum eum, quemadmodum Christiana religionis inimicum, dura & aspera moliri. Nimirū hoc illud est, quod in literis ad ipsum Alphonsum appellabat, Petri gladium euaginare: nō n. sufficiebant claves. Recitat Baronius anno millesimo octogesimo. Et anno præcedente. Regem Boleslaū, & Polonia regnum omni honore, dignitate, & excellentia regali priuauit, & omnes principes Barones, Vasallos, & subditos ab eis dictione absoluens, obedientiā, & subiectiōnē solitā ipsi exhibere vellunt. Quarum scelus, quod bella mouerint secularia, & iam suis exercitus, sua castra habere didicerint, & vt loquuntur Latina, in Pascha li, à religione ad armam conuersi sint. Quintum, idq; immanissimum, quod etiam arctissima natura vincula violarint. Quantum n. id monstratum fuit, quoniam diuturni filiorum aduersus proprium patrem arma sollicitarint, probarent, fouerint. Aut quid illos putas sancti, & quiq; in terris inuolati reliquise, qui sanctissimum illud ius naturae tam perficta fronte pedib; consultarent? Ius, inquam, naturae, tam sancte confirmatum legib; diuinis, vt Paulus obseruet, primum id preceptum esse, certa promissione fanciū. Placet addere eisdem facinoris aliud exemplum, eis recentius: quod legas apud Theodosium Niemensem de schismate lib. 2. c. 27. Capti sunt cit: ceteri tringinta milites Nicolai, ex Columenium familia, tum Papa Bonifacio infesti dāminatiq; sunt ad furcas, permittente Bonifacio. Vbi contigit res horribilis (inquit Niemensis) quia tunc indices qui eos ad mortem condemnarunt, non habentes suos penitentem, euidam iuueni adolescenti, etiā tunc inter alios captiōnem refugit, telleba. rationes suelcipit. Romanus in exilio motu. XXIII. Suc-

di. Nihil addo: satis superq; horroris est. Et quis pro dignitate declamat? Sed neget nunc: aliquis papisticum regnum esse regnum τις αὐτοίς: regnum Βασιλεὺς ποντικός τις αὐτοίς.

**XXVI.** Porro ut lupi magis efferantur gustatis semel humanis carnib; Sic Papæ, ab hac semel incepit seclerata audacia, non quieuerūt Nā deinceps eundem furorem exercuerunt in succedentes Imperatores. In Fridericum I. Alexander III. Causa fuit: quod sollicitatus ab ipso Concilium indixisset ad compescendum schismatam erat enim Octavianus Antipapa, utrumq; Papam citasset. Friderico successoris Henricus filius: Henrico Philippus, quem Innocentius tertius vexauit, eiusq; successorem Othonem quartum: & deinceps Fridericum secundum Honorius tertius, & Gregorius nonus, & Innocentius quartus. Nec mitius habitus ab eodem Innocentio Conradus Friderici filius. Quoniam erat in his motibus historici notant Fridericum primam e redactum, ut a Papa, pacem prelens peteret, sive ad redimendum filium captivum, sive aliam ob causam. Venisse igitur Venetas: prostrauisse se, Papam eius ceruici pedes impoluisse, dicentes, super Aspidem & Basiliscum ambulabile. Respondebat Imperatorem, Non tibi, sed Petro. Excepisse Papam, & milii & Petro. Hac tamen Baronius negat, fatus quibusdam scriptis codicib; quib; non video, cur non tot historicorum autoritatē opponamus. Certe Gennadius, c. 5. pro Concilio Florentino, ex eo fulcit autoritatem Romani Pontificis. Quomodo οὐασταδίος τις ἀλαμανίας, Rex Alamania, Alexander Papæ & inclinata ceruice, τι noui καὶ τὸ τερατοῦ ιδεῖσθαι pedem ipso collo exceptit dicens, super Aspidem, & Basiliscum incedens, & concubabis Leonem & Draconem. Ille a. respondit, non tibi subiectiōnē defer, sed Petro. At Papa: Et mihi & Petro. Vnde ergo tam noua Papista religio est? Nec dissimile factum Clementis quinti: qui Franciscum Dandulum Venetorum nomine passus est catena ferrea collo iniecta, ad suam mensam iacere prostratum: vnde ei postea nō men Canis inditum. Autor est Sabellicus lib. 7. Enneadis nona. Quid? quā Gregorius nonus egreditur? Quoniam multis eius minis Imperator Fridericus in Asiam profectus esset ad bellum contra Saracenos, bonus ille vir Christianos moneret, ut ab Imperatori sibi caueant insidijs. Et cunctas occasiones, inquit, Vrspergensis, de absentia Imperatoris, copiosum exercitum destinauit in Apuliam, & Terram Imperatoris, in feruicio Christi demorantis, quod nefandissimum est dicere, abstulit, & sibi subegit, & cruce signatos non transfretarent, omni studio prohibuit, tam in Apulia, quam in Lombardia. Quis talia facta recte consideras non deploret & detestetur, qua indicium videntur, & quoddam portentum & prodigium, ruentis Ecclesie?

**XXVII.** Atq; ita perfrinximus historiam Romanorum scelerum, annorum haud pauciorum, trecentorum quinquaginta. In quib; quid vestigiorum est Petri, Pauliq;: Nam nomina nihil moror, qua his portentis nō habet magno scelere semper erant in ore: & tum quidem maxime, cum maxime ab Apostolis discederent. Quid si succendentium seculorum res gestas vestigem? Quoniam quid opus? Nemo enim nescit perpetua bella Papas aut excitasse ipsos, aut excitata fouisse inter Christianos: nūc in Germania, alias in Gallia, saepe in Italia. Certe Papyrius Massonus in Paulo 2. Optimis, inquit, Pontifices sunt iudicandi, qui nullum inter principes bellum ferunt. Athoc potuit ne fieri sine sceleri: Imo, ouit ne sine infinitis scelerib; Quamuis ipsum illud simpliciter infinitum tcelus est. Addit schismata, & quis erit finis? Theodosius Niemensis, & Gobelinus testes oculati scripserunt historiam eius schismatis, cuius initium ab Vrbano 6. & Clemente. Quae illi non expresserunt sceleris? Quid Concilium Basiliense de Eugenij quarti vita suis actis inservierit, neminem latere potest.

**XXVIII.** Quid ceteros deinceps dicam? Quorum qui optimus, eum merito dicas nequitia decessores superasse. Exempla pauca describo. Lipsius Monitorum lib. 1. c. 1. Certissimum habetur, quod Clementi quinto Pontifici maximo euem: qui cum Templarios cōtum religiosum, & diu bonum atq; vilē Vienna in Concilio damnasset, & in fodine ferro atq; igne passim vel animaduertisset, vel, vt alij, lauisset, à plurib; eorum citatis ad tribunal superatum, paulo plus anno post obiit, quasi ad vadimonium obeundum à supremo prætore acerbitus. Gobelinus aetate 6. c. 8. de Bonifacio nono, Comitem Fundorum, qui principium schismatis stabilitus penitus exterminauit, & ipse Romanus non solum v. Papa, sed tanquam rigidus Imperator dominabatur: multos quidem eorum sibi suspectos de infidelitate per insitarios suos fecerat occidi, capitulum & palatium suū fortius muniuit: nec fuit ante eū quisquam Romanorum Pontificum, qui talem potestatem temporalem Roma & in Patrimonio sancti Petri exercuisse legauerit. Onufrius in Xysto quarto Simulatus inter Xystum & Mediceos adeo creuerat, vt Pontifex ad aduersari Mediceorum facione, cuius princeps Patius nobilis trapezita erat, sollicitatus clam erigerit, vt conspiratione facta, fratribusq; Mediceis Laurentio & Juliano interfecisti, res publica sui ipsius arbitrio restitueretur. Xystus tamen ne tam atrox scelestumq; consilium sancti auribus admisit, videretur, rem totam occulte tractandam, perficiendamq; Hieronymo Riario demandauit. Ut coniurati rē tutius aggredierentur. Florentia missus Raphael Riarius Cardinalis, vt si qui dubi ac timidores forent, eius presentia & autoritate, maiore fiducia ad maturandam cædem inducerentur. Quid fit? Adoriantur Mediceos in templo inter audiendum Missam: Julianum interficiunt: Laurentium non possunt. Post animaduertsum inter fontes, insontibus fuere Archiepiscopus Pisanus, & (qui Laurentium aggressi.) Antonius Volaterranus, Stephanusq; Sacerdotes. Tum vero bonus ille vir, qui noluit videri ad aures admittere tam rēfutatio facinus, totus in iras verius, obhac vindicata cædem, grauissimum Florentinis bellum intulit, prius tamen sacrī omnibus interdictis.

**XXIX.** Quid Alexandrum sextum memore? Hominem, an monstrum? Perfidia plu[m] quā Punica, saeuitia imitans, auraria immensa, rapacitate inexplebili. Cuius sceleris si enumerem, totam vitā descripsero: nihil in vita habuit præter scelerā. Præcipua quādam ex Onufrio. Vrbinorum, Vitellozorum alioutib; Principum per fidia trucidatio. Cardinales pecunia creati: Opulentissimi quiq; in aula sacerdotes venueno sublati, vt eorum opib; fiscus daretur. Mulierib; (verbā iam Onufrij) maxime addictus, ex quib; quatuor filios & duas filias tulit. Omnim præcipua fuit Vannozia Romana, quam à forme venustate, & morib; illecebrib; miraq; denuo facunditate (sic legendum puto, nō fecunditate) in minori fortuna legitima & prope uxoris loco habuit. Lucretiam filiam, quā, ante Pontificiū, Hispano cuidam in matrimonium dederat, eidem ablatam Ioan. Sfortia Pilaurensi principi, primum, deinde abdicatam Aloysio Aragonio Alphonsi regis filio notho: eoq; denuo interfecito, Al-

gg G 3 fons

fonso Estensi Ferraria Duc locauit. Quid? quem tom. i. obleruaūimus ex  
Guicciardino & Sānazio incestum cum eadem Lucretia repetam? Vnum  
laudes: quod se ipse tandem vita priuant; hausto per imprudentiam veneno  
quod alijs conuiuis parari iusterat.

XXX. Non exequar plura. Sufficiunt tot tantaq; crimina, tot seculis Roma regnania, vt assittemus nullam vspiam nunquam extitisse regum tyrannorum ve successionem, tot pollutam probris, tot scelerib. onustam; quam eam, cuius initium non pudet à Petro repetere, imo ab ipso Christo arcessere. Quid igitur dubitemus agnoscere τὸν ἀδερφὸν τὸν ἀπόστολον τὸν ἀπόστολον; Non est enim infirmando alterius Caiaphæ; id est, ij Pij 5. Propheta, qua est apud Papyrus Massonum in eius vita, *T am corruptis temporibus tam, peruersis, vix fieri posse, ut summus Pontifex ad eternam cum Deo tranquillatatem, & gloriām perueniat.*

**XXXI.** Et inuenit tamen Ferrarius, quæ exciperet ad hanc tantam tan-  
torum scelerum colluiciem. Exsequar ordine sex distincta capita. Primum.  
Non sufficere hæc omnia, ut sit Papa homo peccati. Oportere enim omnes  
esse Papas eiusmodi. At hoc falso: fuisse enim multo plures bonos; puta  
Martyres, Sanctos, Confessores. Ethos sufficere, ut ne sit Papa homo pec-  
cati.

XXXII. Respondeo, aut nihil vnam futurum satis, aut satis esse multorum seculorum continuationem, ad euincendum Papam esse hominem peccati. Quid enim, per Deum, exspectamus, amplius? aut quibus tandem finibus circumscribemus bonorum virorum existimationem? An exspectamus, vt nihil residui sit apud inferos sceleris, impietatis, & si quid ultra dici potest: Imo, vt non hominem peccativideamus, sed ipissimum Satanam. & ne incarnatum quidem, quod quidam diuinarunt?

XXXI. I. Sed omnes oportet esse eiusmodi. Quos, malum, omnes? An quoscumque tibi nunc Pappolatre, libet Papas appellare: ne excepto quidem ipso Petro? At haec meretricis Romanae est impudentia, ut, quibuscum nihil habet omnino commune, cum ijs saltet affectet nominis communitatem. Sed nos nugamus primorum Ecclesie Romae Episcoporum sanctitatem posse posteris prodefere. Fuerunt illi primi Sancti, fuerunt Confessores, fuerunt martyres: sed qui stis, loco, temporeque successere, non munere, ne pilum quidem habuere eius sanctitatis. Itaque neque illi primi, propter postremos non sancti: neque hi profecto postremi, propter illos primos non Antichristi.

XXXIV. Secundum. Et si concederetur fuisse Papas adhuc sceleratores, non sequi tamē, vel Ecclesiam Dei perisse, vel ab ea recedendum fuisse, ut olim definitum aduersus Donatistas.

**XXXV.** Imo, inquam, et si concedamus numquam perisse Ecclesiam Dei, nunquam recedendum fuisse ab Ecclesia Dei, tamen optime sequitur id genus hominum, quod totum est, fuit, in sceleribus, adeo ut nihil possit comparari, nedum aequaliter, esse, *et non*, esse *ad gloriam regnumque eius*. Hoc agere illud nos alias.

**XXXVI** Tertium. Inde constare bonam fidem Papistarum, quod hæc omnia scelera non habeamus nisi ab ijs descripta. Non esse autem prædictum in Scriptura, ipsos Antichtristo subditos, eius scelera reprehensuros; immo credituros esse Messiam, ipsissimum Christum.

**XXXVII.** Imo primum nego inde constare bonam fidem Papistarum, sed  
duntractur quorundam; eorumq; paucorum Papistarum, quibus gratia ha-  
benda est, quod non pro totidem dijs habeamus sceleratissimos omnium  
hominum homines. Nam reliqui, quid non agunt, ut horum paucorum si-  
dem eleuent? Tu ipse Apostata, proximo statim arguento, suspectam co-  
nari reddere. Et Baronius ille, quem tu nobis representas, tonantem Ro-  
mane contra Paparum sceleras, quasi ille obvia quæque carperet: quid non  
tentat, ut cornicium oculos contigit, quo se non vertit, ut criminis plerosq;  
omnes absoluat? Quem non mouet lapidem, ut quæ profus tegere non po-  
test, saltem excusat, saltem minuat? Et hanc tu appelles bonam fidem, bo-  
nam fidem Papistarum.

**XXXVIII.** Secundo, ut bonam fidem tibi prolixie largiar: tamen haec illa ipsa bona fides, Antichristum nobis demonstraret. Sed non praedixit Scriptura: Imo non praedixit Scriptura, omnes tanta scelera dissimulaturos. Et tu illud de Messia, de Christo, non sana mente inculcas.

**XXIX.** Quartum caput totum est in eleuanda fide eorum testium, à quibus illa crimina habemus scriptis consignata, tum à partium studijs, tam à sorte principum calumniis obnoxia.

XL. Respondeo, facilem esse in huiusmodi locos communes excursum nec minus cuique promptum, quod cum quis suspicari. Sed ita plerumque accidere, ut studia partium, nemo damnet audacius, quam qui torus est in partibus. Baronium mihi vide. Ille vero has partes, hac studia diligenter obiicit omnibus qui libere de Papis scriperunt, sed de Imperatoribus pro- paciter hi vero illi omnes sunt grauissimi viri, locupletissimi testes: vix, non Canonic i, saltem eo loco, ut ijs fidem derogare non licet. Sed aliud est profecto vela obtendere, aliud solem obscurare.

XLI. *Quintum, id agit, ut missis factis sceleribus Páparum, in Turcas orationem conuertamus, aut alios, qui etiam ipso grauislime aut peccarunt aut éhamnum peccant.*

**XLII.** Nos vero & Malo metemus quam maxime improbamus, nec villos  
alios dissimilamus, aut & quæ, aut etiam minus peccantes. Sed nunc de **An-**  
**tichristo** agimus, præsente malo, & ad ostium. Non debet ergo mirari Apo-  
stola, si a nostris reb. non sit nobis otij tantum, ut nihil nisi longe posita ma-  
la loquamur. Olim Prophetæ non ignorabani longe magis peccare gentes  
idolatras, & tamen assidui erant in reprehendendis Iudeis. Nos etsi odi-  
mus Turcas: tamen ferre non possumus Antichristum, sese Christiani no-  
mine efferentem, & Catholici titulo commendantem. Hanc nos ei larum si  
detraxerimus, tunc videtur, quid promoteri poterit aduersus Turcam.  
Et scimus quid hoc modo non posse gratificari & Ferrario nunc apostata;  
& eius Mæcenati, & Iouii Vaticano, sed scimus vicissim, quæ nobis sit im-  
posita necessitas.

XLIII. Sextum. In Petro ipso multa, notari peccata: Et à veteribus obseruari permissa, ut qui in magnis sunt dignitatibus, discant esse mites & faciles.

XLIV. Ain'tu, Ferrari? At in Petro infirmitates quasdam video, in Pa-  
pistis scelerata multa. In Petro etiam letitiam poenitentiam, in Papis desperatam

malitia. In Petro humani nonnihil: in Papis diabolicū ingenium. Et tu mihi prætendas Petrum, vt Papas excusat? Tu mihi putas multorum seculorū criminia, aliquot vnius hominis culpis compensata? Non facis officium boni viri. Sed fallor. Nam neq; hoc quisquam a te exspectabat, neque tu ipse pollicebare.

C A P. XVII.

*Dediuitis Antichristi.*

I. **V**enio ad luxum Antichristi, descriptum à Ioan. Nam Paulus non attigit. Apocal. 17. Erat autē mulier illa amicta purpura & coco, & aurata auro, & lapidibus pretiosis, & margaritis. Nimirū, quia meretrix. Solent n. meretrices, vel maxime confidere externo cultui , cui impendunt quicquid habent rerum, & temporis: propterea c. 18. quæcumq; luxus, instrumenta sunt, appellantur fructus desiderij animæ Babylonis. Contra. Ecclesiæ ornatus omnis interior, consistens in fide, spe , charitate , quæ in mundo nihili habentur : adeo ut qui ijs maximè abundat, infimus habeatur. Propterea non tantum Petrus negabat le auri, argentique quicquam habere, Act. 3; sed etiam Paulus prior. ad Corinth. 1. Corinthijs ob oculos ponebat suam vocationem: videlicet, quod non essent multi potentes, multi nobiles. Testatur etiam historia ; à Christo ad Constantinum usque, vix quicquam esse à diuitijs magis alienum, quam Ecclesiast. Inde paulo opulentiorum factam esse. Maxime à Caroli Magni temporib. Ille enim videatur exemplo suo, non tantum posteris præiuise in ditanda Ecclesia (sive enim loquuntur) sed etiam ipsos Ecclesiasticos inuitasse ad opes captandas. Quo factum, ut tandem prælatorum ij censerentur optimi , qui sua Ecclesiæ opes maxime augerent.

II. Et quanquam omnes in eos strenue laborarunt: ramen præ vno Episcopo Romano inertes reliquos merito dixeris. Vt n. omnium solertia attes, dolos, in vnum conferas, longo tamen interuallo distabunt ab huius solertia: quæ tandem Petro amplum acquisiuit Patrimonium. sic enim appellant, quidquid secularium bonorum possidet Ecclesia Romana. In quo quantum est miraculum? Nā qui viuus possidebat omnino nihil, successores suos ita ditauit, ut ijs comparati Reges, atque Imperatores, vilia mendicabula dici queant. Sed nunquā Petrus auctuum fatebitur patrimonium quod & ab Ecclesiæ, quam habuit sibi credita, natura alienum est, & nullis non fclerib. partum, nec pro suis successoribus, si viueret, agnosceret, qui præter ynam hominis formam, cōmune cum eo nihil habent. Eos, inquam quorum ex diuitijs luxus natus, longe excedit omnes Sarcanapalos, & Helio gabalos. Eos denique, qui Regibus terrori sunt, omnib. odio, & oneri. Enim uero non potest Patrimonium Petri nominari, quin eadem opera, detestando Sarcasmo, exprobretur sancta inopia, cui Sanctus Apostolus est immortuus. Sed videamus, quæ, quantæque sint Paparum diuitiae, eademque opera, quibus artibus id est, quibus sacrilegijs quæ sita sint.

que opera, quibus artibus, id est, quibus lacrymig[is] quællaunt.  
III. Diu tamen nunquam melius astimuntur quam à luxu. Is vero tantus  
est in Romanensibus, ut nusquam maior, raro æqualis, etiam in prophanicis.  
Certe fictitia Constantini donatio, supponit sedem Romanam gloriosius  
exaltandam, quam sedem Imperatoris, arque adeo omnia ei conceduntur  
quibus ad maximam pompam ut solent Imperatores. Et donatio quidem  
illa tot tantisque scatet nugis, ut cordati oribus fastidium sui ingeneraret,  
quamuis, ut habent semper similes labra lactucas, non desint Steuchi, eius  
patroni. Baronum saltem eius puduit, aut ego vehementer fallor, qui quæ  
soleat etiam levissima quæque, in quibus quid saltem verisimile potuerit  
venire, tanquam aras & focos oratione tueri, hoc tamen loco stylo tem-  
perauit, ad alios lectorib[us] alegaris. Diceres modestum esse, religiosum  
que autorem. At, cur hon[or] aequo contra declinavit, ut tomo vndecimo  
contra iura Hispaniarum regis in Sicilia? Ut contra Benzonem Cardinalem?  
ut alias sacerdotum, quoties honor minuitur, aut reditus sua Ecclesiæ? Nimirum  
non ille fibi veritatem proscopo ponbat, sed comodum Antichristianæ  
sedi. Sed ad rem. Quid tu, si donationem non habent pro authenti-  
ca? Nam saltem eam ipsam opere exprimitur. Et quum exprimitur, nihil  
est, quod in villa regis, Imperatorisve pompa, obseruari poslit magnificen-  
tius. Videat qui voler, caput 12. lib. 1. Ceremoniarum Romanarum, &  
repurget apud se, quantum à Christo, quantum à Petro distet, solennis illa  
equitantis pompa, quæ numerat Valisarios, familiasque Cardinalium, re-  
liquorumque prælatorum. Tonorem, Sartorem, familiares, scutiferos  
Papæ, inde nobiles, Barones, post scalam Papæ, id est, anabaram, qua vi-  
tatur ac sensus in equum, descendensurusque, sed eam operata rubro, imposi-  
tamque equo phalerato. Duodecim cursores, cum vexillis rubris, nobiles  
ferentes vexilla ciuitatis, Papæ, Ecclesiæ, Crucis, equos duodecim albos  
fessorib[us], vacuos: quatuor scutiferos honoris, procuratores regum, &  
principum, & fiscalem, aduocatos, secretarios, cubicularios, acolythos,  
clericos Cameræ, auditores Rotæ, proceres, barones, oratores regum, sub-  
diaconos Apostolicos. Atque haec omnia initia pompa duntaxat, quibus  
succedit Crux Papæ, cum ostiatis duobus: & duodecim pedites, clerici, lai-  
cive, cum funeralibus accensis, id est, facibus ardentibus, duo clerici capel-  
lae, cum lateribus argenteis, intra quas candelæ sunt ardentes. Tum sequit-  
ur equus albus appenso ad collum tintinabulo, Sacramentum gerens, sub  
vmbella (baldachinum dicunt) quam portant nobiles ciues, additis, multis  
Cereis. Cardinales proximi sunt: Papa tandem progreditur, cum mitra,  
vel cum regno: sic appellant triplicem coronam, quo vetustus candido, que  
freno ducit princeps aliquis, nisi malit ille cōmodius gestari humeris prin-  
cipum in sella, sub vmbella, seu baldachino. Papa præstolus adiungit Cubi-  
cularij secreti, Decanus Rotæ, duo Medie, Secretarius, Eleemosynarius,  
spargens pecunias in turbam: seruientes armorum, quo[u]rū unus toto cor-  
pore armatus est, excepta galea, custodes corporis. Agmen claudunt Pa-  
triarchæ, Oratores, Prelati, Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarij, Abbates  
Curialesque omnes. Et expressit n[ost]r[us] per hanc pompam Clemens octauus,  
qui Ferrariæ occupatus venit. Enim simplicitate Euangelicam! Enim modesti-  
am Christianam! Enim denique Apostolicam humilitatem!

IV. Platina in Gregorio IV. *In omnem luxū, & libidinem sese effundit Ecclesia*  
*Gatianus.*

## LIBER DECIMVS SEXTVS, CAP. XVII.

355

Sicutius ordo Coccinatos, & trabeatos nunc inspiceres, non homines, quod leue fortasse videretur, sed equos, & iumenta praecedere, dum incedunt, magno adolecentu, & altero presbyteroru agmine subsequente non in asinis, ut Christus nostri do-gmatis autor, & bene uenienti unicum in terris exemplar sed in equis praeferoci-bus, & phaleratis: ac si ex hoste deuicto triumphum ducerent. De argenteis va-sis, & egregia eorum supellestile deq; cibariis ne attinet dicere: cum & Sicilia da-pes, & Attalica ornamenti: & vase Corinthia si boc inspicias, nullius preci di-ci possint. Quid vero ex hac intemperantia nascatur: praeformitam, ne os ut ipsa auunt in eolum ponam. Onus Ecclesie capi 9. Quid quod Papa inedit deau-ratus, genitatus, vario ornatu decoratus, militis stipatus, equo albo vectu: aut à ministris in alium portatus? Hæ sunt magis demonum, quam ouium pascua: ubi non est pastus ouium: sed frustus hominum: ibi non Petro, sed Constantino suc-ceditur. Bernardus de Consideratione libr. 5. cap. 2. Inter haec tu pastor procedis deauratus, tam multa circumdatu varietate. Ques quid capiunt? Si audierem dices: demonum magis quam ouium pascua hæc. Et transit morsus à capite in membra. Quis enim non videt vitam Prelatorum? Nam iij paupertatem, id est, lordes, permittunt monachis, sacrificulisque: qui vel mendicando, vel missis in angulis decantando, tenuiter videntur. Sibi autem, quid non splendoris in dies addunt? Nostra (in quiebat Krantzius Metropolis lib. 2. c. 27.) feliciora videntur tempora, comparata videlicet prius temporibus, quum non vocabantur ad præsulatum, nisi religione, & sanctimonia præ-stantes. Ut non modo præesse, sed etiam prodele possent. Nostra feliciora videntur tempora: ubi pontifices euangelizandi ministerium relegarunt in sa-cerdotes. Ipsi superintendentes (sic enim sonat episcopi nomen) meliora sibi desumunt in decimis, primis, & oblationibus, equis, armaturis, ejectionibus ma-gnificis intenti, curam gregis abiecerunt.

V. Leo quactus iusti fieri crucem illam, qua ante Pontificem à subdia-cono fertur, ex auro, gemmisque ornata, dum nullum (inquit Platina) genus ornamenti relinqueret, quod ad dignitatem Salvatoris nostri pertineret. Nam ita iam pridem persuasum Pontificibus, pontificis que, non bene ho-norari Deum, si non omnia scalent geminis: si non omnia sunt auræ Itaq; Anastasius Bibliothecarius describens vitas Pontificum, in enumeran-dis magnificis donariis plurimus est. In Paralipomenis Vrspurgensis, A-medeo Sabaudiae duci electo Basilea in Pontificem, vocatoque Felici quin-to, Ludovicus Cardinalis Hostiensis infulam Pontificalem imposuit, æsti-matam aureis triginta millibus. Clemens quintus, is, qui sedem transtulit Roma Auenionem, quum Lugduni coronaretur, in tumultu, equo detur-barus ex tiara carbunculum amisit precij aurorum sex milium, apud Pla-tinam: qui idem Pauli secundi describendo laxu vix potuit stylum suum sufficere: In eius vita: Fueru qui dicere, eum, dum in publicum prodiret, faciem sibi fuis concinnare. De apparatu Pontificio non est, cur ambigas maiores ab hoc vno superatos, Regno præfertim sine mitram velis appellare, in quam multas opes contulisti, coemptis vndique ac magnis pretiis, adamantibus, sapphiris, smaragdis, chrysolitis, iaspidiis, onionibus, & quicquid gemmarum in pretio est, qui-bus ornatus ianquam alter Aaron, in publicum forma humana angustiore pro-diabit. Inspectum ab omnibus volebat, & admirari. Et in Hadriano primo, e-undem Paulum adeo his muliebris delinimenti scribit esse delecta-tum, conquistis vndique magno pretio gemmis, & exhausto pene Eccle-sia Romana ætrario, ut quotiescumque in publicum prodiret, Cybele quadam Phrygia, ac turrita, non mitrata videretur. Nec mitrum: in homi-ne, cui sua forma adeo placeret, ut electus nomen Formosum sumpturus fuerit, nisi deteritus fuisset à Cardinalibus, opponentibus ea quæ Formo-so post mortem accederant olim. Matthæus Palmetius in Chronologia ad annum millesimum trecentesimum trigesimum quaruum. Ioannes Pontifex atra sua anno nonagesimo, pridie nonas Decembri Auenione moritur: relin-quens in thesauris suis ingentem vim auri atque argenti: cuius reicta comparatio fuit aurearum drachmarum quindecim millia: (legendum pro millions) hoc millies quindecim millia: quod scriptissime ardum quippe videtur: nec legitur alius temporibus Ecclesia Romana fuisse locupletior. Quid mirum ergo doluisse Xisto quarto, qui post Paulum secundum ætrarium inuenit inane, repertis, te-sto Onuphrio, tantum quinque aurorum millibus? Cordate! Nam longe locupletius credo traditum Lino, Clementi; Sed mutata erant tēpora.

VI. Iunat autem videre, quibus tandem artibus à tam paruis initis, ad tantum diutiarum culmen deuentum sit. Id vero quis non videt fieri ne-quisse, nisi corrasis vndique quo iure, quae iniuria pecunii nisi expilatis populis, afflictis regnis, subactis regibus? Sed nihil opus est conjecturis, quum in promptu finis historiæ: in quibus frequentiora sunt: ita dicam) Paparum Simonia, quam Imperatorum expeditionum, exempla. Huius primum caput esto Ecclesiasticarum dignitatum venalitas, quam suis con-tra Imperatores bellis prætexebant: nimis indignati tantam prædam ad alios peruenire, Gobelinus aetatis sextæ cap. octogesimo quarto. Anno Pon-tificatus Bonifacij primo, multi pauperes clerici curiam Romanam pro gratis obtinendis satagebant visitare. Et cum examinabantur, modus examinandi in-auditus tunc ortus, exitus sinistro earumdem gratiarum certum prebeat in-dicium. Nam ministri examinatorum, ipsis dominis suis non inscris, ab ex-aminandis pecuniam exegerunt. Et capite sequenti, Episcopatus plurimi, & per Alemaniam fere omnes, istius Pape temporibus, vacauerunt: multisque Ecclesiis persone indigna, vel inuiles prefecti sunt: & qui plus soluit Pape, Episcopatum ablinuit: unde pro expeditione circa Italia opportuna multi expenderunt decies tanum, quantum soluerunt Camera Apolonicae prædecessores eorum, nam quida impe-trantes Archiepiscopatus quadragesima millia: alijs sexaginta millia floreno-ru Pape soluerunt. VV elmonasteriis anno millesimo ducentesimo quar-to, Gotfridus Vintoniensis Episcopus, diem clausit extremum: cui successit Petrus de Rupibus, qui procurante rege Ioanne, Romanum prosector est, ubi xeni liberali-ter collatis ad summum Vintoniensis Ecclesia meruit prouochi sacerdotium. O-nuclius Xistus quartum, & Innocentius octauum norat officiorum insti-tutes, illum, qui primus noua collegia excogitauit, venalia: hunc, qui eius ex-emplum strenue sequutus sit. Atque hac ratione, inquit, Romane aul & liber-tas in compedes quasi conieta, omni industria ac laboriose ingenij diligencia sub-lata, quum non nisi pecunia hac munera parentur, quæ antea, gratuito doctis & probis viris, tribus solebant. Quanquam, quid opus est exemplis, quum in promptu sit taxa Cancellaria? Sic autem appellant commentarios, in qui-dus describuntur reditus Pontificij: & nominatim ex vacacione beneficio-rum, sive annatis. Et in Germania frustulum lanceum palli nomine, vendi-

solet Archiepiscopis, paucisque Episcopis triginta fere annorum in illibus: vt est apud Sleidanum lib. 13.

VII. Proxima est litium contestatio: de qua Vrspurgensis in Philippo Imperatore. Vix remansit aliquis Episcopatus sine dignitate Ecclesiastica: vel istam parochialis Ecclesia, qua non sicut litigosa: & Romam deduceretur ipsa causa: sed non manu vacua. Gaude, mater nostra Roma, quoniam aperiuntur catara-ctæ thesaurorum in terra, ut ad te confluant rivus, & aggeres nummorum in magna copia. Latare super iniquitatē filiorum hominum, quoniam in recompensa-tionem tantorum malorum, datur tibi pretium. Iocundare super adiuvicē tua di-cordia: quia erupit de puto infernalis abyssi, ut accumulentur tibi multa pecu-niarum præmia. Habet quod semper fitis: decanta canticum: quia per malitiam hominum, non per tuam religionem orbem vicisti. Nec absunt ab hoc ordinis omnis generis dispensationes: quarum etiam rationes diligenter reficiuntur in taxam Cancellarie. Et huic pertinent votorum commutationes: vt anno millesimo ducentesimo quadragesimo Matthæus Paris obseruat mag-nam fuisse conjectam pecuniam ex relaxatione voti cruce signatorum. Eisdem temporibus, inquit incepit ipsi Predicatorum fratres, & Minores, & alij viri literati, præcipit Theologi crucis signatos ab solituere à voto suo, accepta ta-men pecunia, quanta sufficer videbatur unicuique ad viaticum ultra marimum. Et factum est in populo scandalum cum schismate. Abiurandum enim videbatur etiam simplicibus, quod diversis miscipulis simplicem Dei populum substantia sua moliebatur Romana curia priuare, nihil petens nisi aurum & argentum. Nau-clerus generatione 46, anno millesimo ducentesimo vigesimo nono. Magis strum Teutonicorum, una cum Messanensi Episcopo, Fridericus ad Gregorium misit, & veniam supplex oravit. Ad quod Pontifex prius assensum praefare nouit, quam vincias avi centum & viginti millia Ecclesie Romanae, ob illata dan-na perclusus. Quid penitentia redemptionem commemorem: Aut de hac ipsa, quid possum dicere luculentius, quam quæ legat quilibet apud Baro-nium, anno quinquagesimo quinto supra millesimum §. 9. Quia continget ob frequentata peccata mortalita, quibus assignabuntur multi anni po-nitentia, homines ad desperationem redigi, aperta est ianua redimenda po-nitentia: ut qui diutius affluenter, ergando eas in vsum pauperum, pro quantitate perfoluci pretij, tot redimeret annos, quot lex Ecclesiastica concessit. Veruntamen pauperes quos Baronius intelligat, tu ex istis intel-lige. Hoc est, inquit, quod Petrus Damiani ait, Non ignoras, quia cum à po-nitentia, terris, possessiones agrorum videlicet accipimus, iuxta mensuram munieris, ei de quantitate po-nitentia relaxamus. Quibus plene ostendit bona Ecclesiastica eiusmodi solita redemptio, aucta creuisse. Audin illas paulo ante in vsum pauperum erogatas diutias, tandem factas bona Ecclesiastica? Ergo ille prætextus erat tantum, occultanda Romani cleri auaricia.

VIII. Iubilæi solennitatem primus excogitauit Bonifacius octauus. Causam nonnulli diunt: studium colligenda pecunia. Et sane vix est, ut tā sceleratus Pontifex, pietate sola motus quicquam egerit: Is enim fuit, quæ ingressum dicunt, ut vulpem: regnasse ut Leonem: mortuum esse ut canem. Sed de ea Iubilæi instituti caula, si quid erat ambiguitatis, tum certe suc-cessores abstulerunt. Clementem sextum iussit tantum centesimo ob questum & emolu-mentum Romanorum Massonius testatur in eius vita: led, & ut ipse quæ-stum faceret in Bonifacio nono. Urbanus tamen credit iterum contra-hendum tempus. Et prætexens Christum vixisse annis tribus & triginta, sanciuit, ut deinceps Iubilæorum tantum esset interstitium: mortuus tamen citius, quam ut suo commento frui posset: quod Bonifacio nono re-cens electo, commodum evenit. Tum enim, inquit Theodoricus à Niem libr. 1. ca. 68, innumerabiles peregrini ad urbem venerunt: Vnde & maxima offertoria Ecclesiæ & Basilicæ urbis per visitatores data fuerunt, ex quibus ali-que reparations ipsarum Ecclesiæ factæ fuerunt: sed residua & maior pars ad manus Bonifacij, & quæritur dan aliorum deuenit. Ipse etiam Bonifacius hu-in modi offertoriis non contentus, licet ad maximas summas ascenderent (erat en-nim insatiable vorago, & in auaritia nullus ei similis) ad diuersa regna misit questuarios, vendendo dictam indulgentiam tantum, quantum essent expensi in via, si properarent iuissent ad urbem. Et huiusmodi exactores, seu questuarij etiam maximas summas pecuniarum à simplicibus, seu barbaris subtiliter extor-serunt: ita quod aliquando in uno regno seu in una provincia huiusmodi venditiō-nibus, ultra centum millia florinorum reportarunt. Eandem rapacitatem eiusdem ætatis Gobelinus detulit, & tā sextæ cap. 86. Postquam, inquit, an-nua Iubilus iuxta constitutionem Urbani: & approbationem Bonifacij transit: ipse dominus Bonifacius unum annum sub anni Iubilæi verbis Romæ indulgentia rum formæ, Coloniensi ciuitati concessit: Quo anno elapsi similis annus concessus ab eodem Bonifacio sub eadem forma ciuitati Magdeburgensi. Et ad utramque harum ciuitatum missus est collector domini Pape, qui certam quotam recepit ob latorum. Deinde consimiles indulgentias concessit visitantibus quædam alias ci-vitates Germanie, ad certos menes: Et multis aliis locis, vribus, villis, mona-steriorum, Ecclesiæ campestribus. In omnibus autem priuilegiis carum con-cessionum apponebatur clausula, porrigitibus manus adiuvirices. Denique tam prodigis indulgentiarum factus est, ut nemineas petenti denegaret: sed absque pecunia super eis literas expedire, veleas consigni, impossibile, vel diffi-cilium vsum est. Vnde quidam concessiones huiusmodi magis deceptio[n]es, quam indulgentiarum concessiones interpretantes, quum eas intuitu lucri temporalis si-ri iudicabant, dicere non timebant, anima nostra nauis est super eis cibo levissimo.

IX. Quæ ipsissima est imago nostrorum temporum. Nam quum anno millesimo sexcentesimo Roma celebratus esset Iubilæus, infinita vndique aduentantum multitudine, sequentibus annis effuse vagitus est per Euro-pam: Gallia certe non paucas ciuitates. Quinetiam anno quingentesimo, agebatur Iubilus Roma: verba sunt Polydori Virgilij historiae Anglie libro 26, & ut longinquæ populi eo proficiendi labore levarentur, pius Pape, is era-t Alexander fætus, bonus vir fæl, quoquoeverum legatos misit, qui eam co-lessem gratiam impartirentur Christianis, quibus per bellum, per irimera, per inimi-citas, minus Romanum petere licet. Veruntamen, non fuit gratuita liberalitas. Alex-ander enim saluti hominum proficiendo, honesta prescriptione suis quoq; com-modis feruendam statuerat, quare precium suæ gratiæ fecit: & ut rex id fieri non impeditet partem gratia offerebat, ac ut populus libentius iuaret, prædicabat septimo quoq; tempore bellum aduersus Turcas suscep urum. Ita pecunia nor-medioctris concessa est: ad bellum nondum inchoatum in Turcas.

X. Quid ergo est Iubilæus? Roma quidem plena vindemia: deinceps

gg G 4 vero

Vero per totam Europam racematio. De qua, quia paulo liberius scriptis Polydorus Virgilius de Inuentoribus rerum libri. 8. c. 1. ideo Belgicus Index expurgatorius totum locum iubet deleri: & sequentia sic castigari, ut ne quisquam legat Alexandrum sextum ubique sub lumen promulgari curasse, tam sui, quam populi Christiani commodo: sed tantum Christiani populi cominodo. Euge! non potuit melius consuli Sanctorum virorum fama, Ecclesia que Romanæ sanctitati,

XI. Conuerto me ad alias pecuniarum exactiones. Westmonasteriensis anno millesimo ducentesimo vigefino nono, Stephanus, domini Papa Cappellanus, ad restaurandum Papæ thesaurum perditum, & ad dictum Imperatore Fridericum de cunctis, omnes decimam partem Ecclesiasticarum, non deductis expensis, in tota Anglia Hibernia, & Vnialia exigit, & permittente rege extortis. Vnde Anglia, iam multipliciter bonis (poliatis), miserabiliter caput ad egestatem inclinari, impotens postea respire. Sed Matthæus Paris, eas decimas dicit fuisse omnium rerum mobilium: & postulatas quidem ab omnibus tam laicis, quam clericis: verum Comites Barones, ac laicos omnes, rogatione antiquasse. At Episcopos, Abbates, Piores, & alios Ecclesiastarum Prælatos, post trium dierum deliberationem, & murmurationem non modicam, tandem consensisse metu excommunicationis: voluisse a certa pecunia summa redimere: sed Legatum voluisse omnino, exacteque exigi.

XII. Iterum vero an no quinto post, id est, eiusdem seculi 34. Papa argumento as extorsiones, (verba sunt Matthæi Paris) præcipue in Anglia exco-gitans, & multiplicans, Legatos sub specie simplicium nunciorum, potesta tem tamen habentes Legatorum, vndiq; destinavit, qui multifariam exegerunt pecuniam, nunc prædicando, nunc supplicando, nunc præcipiendo, nunc communendo, nunc excommunicando, nunc procurations exigendo. Et post recitatas Papæ literas, Nec sciri poterat in quam abyssum tanta pecunia, que per Papales procuratores colligebatur, est demersa. Anno quadragesimo sexto, misit dominus Papa manum ad vltiora (sic Westmonasteriensis) ut scilicet bona sine testamento decedentium, non sine principium iniuria, & iactura, in gremio sua avaritia amplecteretur. Prolixius, suo more, Matthæus Paris scripsit Papam, cum didicerit quosdam opulentos clericos, morientes reliquissime opes magnas, statutum fecisse nouum, & inauditum, vel clericorum, qui deinceps intestati decederent, bona in vsls Papæ cederent. Eodemque anno iterum solito imperiosius verba V Westmonasteriensis Prælati Anglis significauit, ut in Anglia omnes beneficiati, in suis beneficiis residentes, tertiam partem bonorum suorum domino Papæ per triennium conferrent, non residentes dimidiam. Multa alia inuenias apud vtrumq; V Westmonasterensem, in quam, & Matthæum Paris de immanni Paparum avaritia.

XIII. Centuriatores, & post eos Sethus Calvisius in Chronologia, notat petiuisse in tota Europa quintam partem reddituum Ecclesiasticorum, & vicissim redigisse ieiunium Septuagesimale ad Quadragesimale, resedit diebus sedecim Gobelinius atatis 6. cap. 9. Papa Bononia residens, rigorem, quo Bononiensis prius dominabatur, non laxans, maximam pecuniarum sumam, ex gabellis ciuitatis, etiam per eum augmentatis recepit per singulos mensis: ita ut etiam meretrices de statu suo circa florenos trecentos solvere viderentur in mense. I nunc, & Vespasianus suum illud obijce, Odor lucri bonus et re qualibet! manet hodieque infame tributum, mediaque in Roma erectum lupanar, ut ne desit unde exigatur. Imo ut ne desit, vnde agnoscatur mater fortitionum.

XIV. Anno millesimo ducentesimo, quadragesimo octavo Innocentius quartus Norvegiae principem Haconem regem fecit, acceptis quindecim millibus pondo Sterlingorum ab ipso rege, & facultate exigendorum ex electo quingenitorum. Observauit Vignierus in Epitome Historie Ecclesiastica. Anno millesimo quadragesimo primo, Benedictus nonus, cuius turpitudinem, biq; decantat, & à bonis omnib; deploratam, Baronum dicit anno millesimo quadragesimo quarto. Is Benedictus Polonus concessit, ut Casimirum Monachum Benedictinum, è claustro eductum, sibi regem crearent, hac tamen lege, ut Polonorum regiones, ac regnum, in signum accepti beneficij, beato Petro, & successorib; Romanis Pontificib; de quolibet capite nobilium, vsualem nummum annis singulis soluerent. Notauit Baronius. Anno millesimo sexagesimo octavo, teste Baronio, Alexander secundus vsum in re petentia concessit Vratislao Duci Bohemiae, indeque conficit censem centum marcharam argenti, quem exigit Gregorius septimus anno quinto post.

XV. Anno millesimo ducentesimo decimo tertio, Innocentius, Ioannem Anglia regem excommunicauit, & vniuersis in remissionem peccatorum iniunxit, ut ad Angliam accedentes, eum è regni solo deponerent, aliumq; substituerent. Ut papa rex obtineat (persuasit autem ei Pandulphus, nisi confugeret sub alas Papæ, amissurum omnia) resignauit Papæ coronam Anglia, & ei fecit homagium (sic V Westmonasteriensis loquitur) & fecit de libertima regione ancillam, ut princeps prouinciarum fieret sub tributo. Fuit a. id tributum eiusmodi: ut rex, & haeredes darent singulis annis Ecclesiæ Romana mille marcas sterlingorum, scilicet pro regno Anglia septingentas marcas, & pro Hibernia trecentas. Præterea in eodem regno habebant Papæ tributum quod vocabant Denarium Sancti Petri, de quo Houedenus posteriore annalium parte in legibus Guillelmi senioris, Omnis qui habuerit tringinta denariatas viua pecunia in domo sua de proprio suo, Anglorum lege dabit denarium Sancti Petri, & lege Danorum, dimidiam marcam. Magdeburgentes Centuria 11. c. 10. de Benedicto octavo, Rogatus ab Henrico Imperatore, ut templum, quod Bambergi struxerat, in Cathedralen consecraret Ecclesiæ: ea lege annuit postulatis, ut quotannis ea Ecclesiæ Romano Pontifici census loco, numeraret censem argenti marcas, cum equo albo ac phalerato.

XVI. Innocentium octauum Onufrius scribit fuisse Neapolitanos rebelles contra Ferdinandum regem, ut opulentam urbem Ecclesiæ imperio adiiceret: itaque bellum suscepimus, quod in pacem desit, cuius inter leges haec erat, ut Rex Romanæ sedi annuum vestigal pederet. Et quis non videt longe lateque graffatum latronem per omnes priuicias Christiani nominis, ut suas diuitias augeret, suoque luxui indulgeret? Adde nunc Patrimonium Sancti Petri, quod appellat impiissime, quid fier reliqui, nisi ut agnoscamus avarissimam meretricem, cui nullo argento, nulloque auro satisfici potest.

XVII. Et tamen impudentiam mirare. Adhuc n. Christianis insultat, Pon siex Romanus (inquit Bozzius de Signis Ecclesiæ lib. 1c. c. 10.) reg. partem mul-

lesimam exigit à Christianis eius, quod ipsi deberetur. Ac proinde ingentem esse charitatem, immensam liberalitatem, in omne genus homines, Ecclesiæ Romanæ, tam paucis contentæ. Nimirum ne sit oneri avaris istis, & rerum suarum tenacissimis. Ita n. Bozzius, & consultissimus humani, diuinique, iuris, & decempedator et quissimus. An potius eorum unus quos delecti Cardinales statim initio sui descripserunt Concilii? Nonnulli Pontifices, rurientes auribus (ut inquit Apostolus Paulus) conceruarunt sibi magistros ad desideria sua, non, ut ab eis discerent, quid facere deberent, sed ut eorum studio, & calliditate invenirentur ratio, qua, licet id quod sit eret.

XVIII. Habet a. sua argumenta: ut ne videatur sine ratione inlanire. Sacerdotib; debet, quicquid ad eoram vitam dignitatè, tuendam, & sacra procuranda est necessarium. Quod probatur ex iure naturæ: tum ex Paulo, tertio ex autoritate Christi. Hoc posito inquirit, quidnam debatur clericis propter sacra ministeria. Inquirendi miram audite solertia. Leuitis iussit Deus dari vrbes 48. cum agris, quorū signallat longitudo quaqua uersum esset passuum bis mille, Num. 3; itaq; in vniuersum, milliarum nonaginta sex. At teste Burchardo totius terræ longitudo erat milliarium quadringentorum octoginta: latitudo milliariorum centum quatuor. Ergo certum, Leuitis datum esse totius Iudeæ quartâ partem, & amplius, detracta tamē modum altitudine: quæ non efficerit triplum longitudinis, & latitudinis, ac proinde residuum dat ratundè terræ Leuitæ. Si quantum quantulam singulis. Addit omnium rerū decimas, quod perinde erat, ac si assignata fuisset de cima pars terræ, meliori tamen conditione, quod decimis nullus additus labor, nullæ impensa. Rursus omnium fructuum primis negat omittendas: quattro, ne peccatorum quidem expiations. Ex quib; omnib; colligit quilibet Leuitam quadruplo ditionem quolibet Iudeo. Porro harum diuinarum deciman partem Leuitæ dare tenebantur summo Pontifici. Ergo Pontificem tantumdem habuisse, imo amplius, quam quamlibet tribum. Et, quanto quo, Romani Pontificis forent opes (inquit) quam inuidiosa, & impiorum coniunctus obnoxia. Si solus possideret, quantum duodecima pars omnium Christianorum? Dignum fabula.

XIX. Sed asino leoninam detrahamus. Primo, deberi iis, quorum cura commissa est Ecclesia, quicquid ad eorum vitam est necessarium, habemus è Scripturæ. Sed illud, ad dignitatē tuendam, & Sacra procuranda vnde habetur? Aut, quo Scripturæ apice confirmatur? Addunt profecto de suo Papi colæ: eo periculosus, quo audacius, & suam istam dignitatem nulla lege, sola ambitione merintur: & lacra illa operiosissima, iam pridem effecerunt ex simplicissimis, & sumptuosissima ex modestissimis. Quis a. censeat teneri plebem sufficiendis sumptib; Paulo, ut turritam Cybelem referret? Aut Leo ni decimovit fororis Magdalena litim exploreret? Et si sunt illa tolerabili, quid de bellis dicam excitatis contra Reges & Imperatores? An illa etiam non interpretantur Papæ pertinere ad suam dignitatem tuendam? Sed omnino verius, nullos sumptus: omnino, inquam, nullos sumptus Pastoribus deberi (quanto minus Papis?) ad propriam dignitatem tuendam: nullus ad sacra procuranda.

XX. Sed de Iudeis, quam lepidum cōmentum? Primo, quæ vis consequētiæ à politia Iudaica ad Ecclesiæ Christianam? Aut cur non cadem opera certæ successioni secundum carnem presbyterium alligatur? Cur non, & vixores, & liberos dignunt Sacerdotes apud Papistas? Cur non habent vrbes refugii? Imo, quis Noui Testamenti locus eundem sanciuit ordinem? Merita nuga. Quanquam ista Sacerdotib; non erant attributa, aut ad dignitatē tuendam: aut ad sacra procuranda, sed ad vitam sustentandam.

XXI. Quid: quod cum sua fecerit decempeda? Agris singularum ciuitatum bina milliaria fuerunt in longitudinem quaqua uersum, teste Scriptura. Sed inde Bozzius: Ergo, inquit, omniū quadranginta octo ciuitatū: area circrat milliarium nonaginta sex quaqua uersum. Itan? Nā dum vitant stulti viuum, in contraria currunt. Olim Delphi iussi aram Cubicam geminata, ex cubo faciebant parallelepipedum. Nunc iste iussus aream dare, regum, dat Quadratam. Nam certe, et si longitudo fiat milliarium 96. at latitudo nihil mutat, & manet duum milliarium. Itaque vniuersa area milliarium centum nonaginta duorum. Quod si tota Iudea bene deleribitur à Burchardo, milliarium quadrangenterum octoginta in longitudinem, centum quatuor in latitudinem, fieri area tota quadrages novies millesimorum nongentorum viginti. Cuius quantitatis si tribus triplum cum Bozzius montium acclivibus, quorum est plus soli, quam cœli: fieri in vniuersum Iudea tota milliarium centies nonages, novies millesimorum sexcentorum octoginta. Cuius area, area Leuitica erat pars vna de mille quadranginta partib; Quam tamen noster Archimedes statuebat duodecimam. Immane quantum peccatum.

XXII. Adde nunc reliquarum partiu 10. partē, fient partes mille quadranginta nouem de decies millesimis quadrangentis, paululo excedentes partem decimam. Adde iterum primis frugum, & redemptio[n]es, quarum estimatio certa iniri non potest. Vix est, ut fiat pars 8. At hæc immane quantum dist ab octupulo, quod Leuitis Bozzius al signabat. Iam cum Pontifici maximo cederet eius partis particula to. Ergo vix ad eum peruererit totius pars octogesima, quam ille duodecimam suo calculo conficiebat.

XXIII. Et tamen, quasi nondum satis eset imposturarum, c. 11. quintum obseruat, præter iam dicta quatuor, Leuitis al signatum: videlicet, ut si quis fundum, vel aliam rem Deo donasset, id totum, nec posset, nisi à Leuitis haberi sanctum dicere, nec ab illo amplius conderetur in alios vissus: aut à prophanicis amplius possideretur. Citatq; Leuitici caput 27. Et hos Christianos quisquam putet? Vix homines. Quin n. homines, quib; nulla frons, nulla mentiendi religio? Nam eo toto capite variarum rerum ex voto dicaturum Deo genera Moses enumerat: sic in ut nullum penes Leuitas remanere velit, fundos etiam estimari ex proportione annorum inde ad Iubileū usque, & si estimatos vendi: anno a. Iubileō redire ad suum dominium. En tibi sonitam causam, qua effectum, ut Papistis clericis nefas sit non retinere, quæ eis superstitionis soliditas donavit. Magnam bonorum virorum a. p. o. x. p. t. a. qui lane ita se gesserunt hactenus, ut nisi magna vi diuini precepti tenerentur obstricti, statim omnia effusuri sint in Laios, sibi nihil reseruatur præter aerem communem. Et quis non credit magna aliqua violentia opus fuisse, ut cogererur nuper Papa, & diris deuouere, & bello petere Venetam Rempublicam, quæ noluit Ecclesiasticos fundum vilium sibi acquirere? Contra autem sponte paci acquiesce, quæ eam le-

LIBER DECIMVSSEXTVS CAR XVIII

gem ratam faceret? Ita cognita est iam multis seculis Romanæ sedis probitas, (sicilice).

35

C A P. XVIII

*Antichristus aerit se pro Deo*

I. Vper est postrema nota. Autoritas, quam sibi usurpaturus prædicebat  
Scur Antichristus, Paulus ad Thessalonicensi. rō v̄t p̄gōd̄p̄r̄ x̄i n̄m  
x̄i p̄d̄p̄, Ōi, elatum dicit, sine efferentem se aduersus, seu supra quicquid dici-  
tur Deus, dōnd̄x̄i ūt r̄ūt̄ ōn̄ īs̄ Ōi, p̄se ferentem, sine ostentantem, se  
esse Deum. Horum intelligentiam magnifice aperit Optatus Mileuitanus  
libr. 3. exagitans Donati Carthaginensis temeritatem, Hoc modo exaltatum  
est cor eius, ut sibi iam non homo sed Deus fuisse videbatur. Et paucis interie-  
atis, Ad quem Deus sequitur, dicens, Dixisti, Ego sum Deus. Ideo, quatinus non  
sit visus hac voce, tamen, aut fecit, aut passus est, quod defectum huius vocis im-  
pleret. Extulit cor suum, ut nullum hominem sibi comparandum arbitratetur: &  
de tumore mentis sua altior sibi visus est esse: quia quisquid est supra homines, ita  
Deus est. Deinde cum Episcopi Deo debeat famulari, tantum sibi de Episcopis ex-  
igit, ut eum non minori metu omnes venerarentur: quam Deum: hoc est, quoniam  
sibi Deus visus est. Rursus, Quum ante ipsius superbiam, omnes qui in Christi  
crederant, Christiani vocarentur, ausus est populum cum Deo diuidere: & quod  
illum sequi sunt, iam non Christiani vocarentur, sed Donatisti. Denique, dum  
Episcopus inter Coepiscopos suos non fuit, nec homo inter homines esse voluit, con-  
stat, quod extulit cor suum, & Deus sibi fuisse videbatur.

II. Hinc collige. Distinctas questiones esse, de ipsis vocabulorum sonis & de re per ea vocabula significata. Itaque posse aliquem, qui se non totidem syllabis dicat esse Deum, tamen ita se gerere, quasi sit Deus. Itaque Chrys. hom. 3. in posteriorem ad Corin. exponens illud. Ostentabit se tanquam Deum, ~~καὶ εἰπε λέγεται, οὐδὲ πειπε.~~ Non dixit dicendum: sed tentantem offendere. Deinde, eum, qui se superiorem constitutus, & Ecclesia, & Imperio, gerere se pro Deo. Esto igitur futura disputatio tripartita. Prima pars vtrum se Romanus Episcopus gerat pro Deo. Secunda quanquam autoritatem usurpet in Ecclesia. Tertia, quomodo sibi subiiciat Rem publicam.

III. Quanquam p̄eoccupare reliqua possumus, & de ipsis syllabis accusatione intentare. Certe apud Frossardum to. 4. c. 10. diserte legas, Si com  
meiln' est qu'vn seul Dieu es Cieux, il ne peut , ne doit estre de droit qu'vn seul  
Dieu en terre Sicut unicus est in celis Deus, sic nullo iure potest, aut debet non  
esse unicus in terris Deus. Et ita scriptum fuisse à Cardinali. Auenionensis lib.  
ad Regem Gallia. Nec multum discrepat Lælius Zecchius de Republica  
Eccl. c. de statu Papæ, art. 28. Est & dicitur Christi Vicarius, & quasi Deus  
in terris, & quod ipse facit, non humanus princeps, sed Deus facere videtur. Po-  
terunt hæc eludi, fateor, prætextu illius, Ego dixi, dij estis: sed præterquam  
quod non hoc dictum vñquā de dignitate Ecclesiastica, sed seculari: vi-  
dens aia mente Papis tribui, vel hoc saltē argumento, quod confortere nulli  
los admittant. Alioquin cum disertum sit, dij estis, si nullo id sibi alio iur  
vendicaret, deberent quicunq; in Ecclesiastica sunt dignitate, etiam dici d  
in terris. At Frossardus diserte, vnicum dixit. Deniq; Stapletonus in dedicata  
oria operis de Principiis, Gregorium decimum tertium salutat, plane si  
premium in terris numen. Sed de re ipsa præcipue dicamus Ergo Papa, quan-  
uis non sit vñsus hac voce, tamen, aut fecit, aut passus est, quod abunde defe-  
ctū eius vocis implices. Quiesceret, hanc refutatio, ut Clément. De

clu eius vocis impleat. Quorū n. hæc referimus, quæ Glossator Decretalium, titulo de Translatione Episcopi, capite, Quantopersonam, conquisiuit vndiq; tanta diligentia? Nam cum Innocentius tertius dixisset, *Romanus Pontifex, non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris*, Glossator adidit, hinc lequi, Habere cœlestē arbitrium, naturam rerum immutare, substantialia vnius rei applicando alij, de nullo posse aliquid facere, sententiā quæ nulla est facere aliquam: in his, quæ vult esse ei pro ratione voluntate nec esse, qui ei dicat, Cur ita facis? ipsum posse supra ius dispensare, de iniuritia posse facere iustitiam corrigendo iura, & mutando: plenitudinem obtinere potestatis : & hæc singula capita suis confirmat citatis locis, tum ex Decretis, tum ex Decretalib. Similiter Delecti Cardinales, in suo Concilio notant exitiſſe doctores, qui dicerent voluntatem Pontificis qualicūque ea fuerit, esse regulam, qua eius operationes , & actiones dirigantur, unde proculdubio efficiatur, vt quicquid libeat, id etiam liceat. Et Paulus secundus, teste Platina, Ita nos ad iudices renucas, ac si nescires omnia iura in scrinio pectoris nostri collocata esse. Sic stat sententia, loco cedant omnes, eant qui volant, nihil eos moror, Pontifex sum, mibiq; licet pro arbitrio animi mei aliorum facta, et rescidere, et approbare.

IV. Quid autoritatem dicam dispensandi? Petrus de Monte in Monachia discretissime, Papa tollit ius diuinum dispensando contra Euangelium. Papas dispensat contra uniuersalem statum Ecclesie. Dispensat contra Vetus Testamentum. Dispensat contra nullum a capitula quatuor conciliorum. Gobelinus Petson Colmudromij etate 6. c. 87. Bonifacius non solum contra Apostolam, sed etiam contra Euangelium dispensauit. Nam Ladislao Regi Siciliae seu Neapolis induxit, quod ipse abdicata a se uxore sua legitima, iam multis annis cum eo commorante, aliam superinduxit uxorem. Kantzius Saxoniz lib. 5. c. 13. fuit seculum praecedentib. coparans, quib. aut rara, aut nullae erant dispensationes. Nostra, inquit, tempora liberaliora: nescio si meliora, quando una puella tertium virum dicitur, experitur maritum, primus duob. superextantib. Et erat haec puerilla Lucretia filia Alexandri sexti. Ergo dispensat Papa etiam contra ius diuinum. Ethoc quid sit potest ne vili esse dubium? Dispensare in lege posset, qui eam in ius, vel qui est supra id ius, inquit Zechius de statu Pontificis, art. 2. Ergo Papa est superius iure. Eiusmodi est etiam ius Deo consenserunt.

est superius ius diuinum. Et neget aliquis Papam se pro Deo gerere?  
V. Quid iam supererat, præter adorationem? Et hanc scelus usurpati  
Blondas Instauratæ Romæ lib. 3. *Dicitorem nunc perpetuum: non Cæsar sive  
Piscatoris Petri successorem, & Imperatoris predicti vicarium, Pontificem summum  
principes orbis adorant, & colunt.* Iouius hist. lib. 1. *Carolus ad eam respondit,  
principiam Gallie finies exiret, votu pro salute felicitateque suscepto, decreuississe Romam  
na templo iniurias sanctissimas Petri aras venerari: ipsiusque Pontificem, qui pri-  
ratis religiosus, fastigium obtineret suppliciter adovare.* Is et etiam nominis  
Octauus rex nostræ Gallie redditum patans ex Neapolitanó regno, quo et  
eum profectus erat, a d. Iouio. 16. 1. *Imperatorem Romæ omnibus omni-*

**XXXVIII.** 355  
que demum turba procerum & Duxum. Et lib. 27. de Imperatore Carolo's. Ali-  
pie inflexo genu pronus ex osculato pede Pontificem adorauit. Denique nemo ne-  
sciat solenem ritum osculandi pedes Papæ, portentis intrepide, non nisi  
mis duntaxat, sed etiam summis: quib. ut splendidius illudar, induit socii  
auratum, insignitumque erit multis pretiosis lapidibus, illustri, ut apud Pa-  
ulum Iouium, lib. 2. paulo ante citato, de turba procerum, ac ducum, ob signa-  
to aureis crucibus, pedes osculata est. Denique audio hanc esse in usu quotidie-  
no Romæ phrasin. *Adorare Papam.*

VI. Potuitne altius? Nec tamen multisunt Pappolatrx. Imo loq[ue] scissimus pro more Ferratius, nouo domino nouum præstat offi. ium. Et primo adorationem distinguit in eam quæ lebetur loli Deo. An se inquit, ille cogit adorari, tanquam Deum? an solum, prout Antichritus facturus est? Quin adoratur proper excellentiam munieris, tanquam Episcoporum maximus, & caput reliquorum, tanquam Oecumenicus Patriarcha, eodem nomine modo, quo olim quiunque Episcopus. Tum sex capitib. differre hanc adorationem docet ab adoratione Antichristi, deniq[ue] disputerat licitam esse. Hæc ego duo capita post video.

VII. Sed in primo, cur illud tam præcise exigit addi, tanquam Deus? Atque hoc ipsum Scriptura non addit. Non leges, inquam, in Scriptura, Antichristo delatum in adorationem tanquam Deo. Legis tantum, sessurum esse in templo Dei, tanquam Deum ostentaturum etiam esse Deum. Sece oppositum aduersus πατέρα λεγερόν θεόν οὐ σεκασθε. Sed non legis adorandum tanquam Deum. Cui ergo nobis non licet sic loqui?

VIII. Præterea similiis hic lufus est verborum, quem post usum sumus in quæstione de Adoratione: verborum, inquam, prestigie: rei a. mera confusio: quomodo quis latronem absoluerebat, quod se profiteretur esse bonum virum, aut pudicam pronuntiaret, quæ se adulteram non pateretur dicire. Nam sic omnino Papistæ rem dissimulant, contenti externo verborum crepitu. Nam cum repletæ creaturis exhibeant cultum diuinum, tamen idolatriam negant, si summis modo labris addant non tanquam Deo. At nos cordatores, nō oportet hoc *paroxysmū*, transuersos ferri: rei potius hæc rete ut in capite de Sanctis fecerimus idolatriam, ita nunc detinendum Antichristianum agnoscere, & traducere, quo reapsè præstat quæcunque damnationis filio prædicuntur à Paulo secunda ad Thessal. c.<sup>2</sup>

IX. Sed adoratur, inquit, haud aliter, quam quiuis olim Episcopus. Quic  
hinc Condonem ne imperitum hominis recens Papistæ, cui intra vnum, au  
alterum annum, non potuerint cognita esse omnia mysteria Antichristiana  
an damnum potius impudentiam, tam serio disputantis de reb. non com  
pertis? Viderint ali. Ego certo scio, hunc nihil nisi mentiri. Nam primo a  
doratorum Episcoporum primis secalis, exemplum nullum, vel nugas illi  
mus Ferrarius obseruare potuit. Serio tandem: aliquid inuentum simile, &  
cum intrauit in Ecclesiam typhus seculi.

X. Deinde quorsum promiscua Episcoporum adoratio? Nego enim Papae, Papistaru[m] mente[m] esse, Papam adorari, quomodo Episcopi adorantur, vel potius adorabantur. Vin probem? Primo, nemo Episcoporum sic adoratus est v[er]o quam ex quo Papa extulit se supra omnes. Senti[n]e vin argumenti? Olim omnes Episcopos, Papas appellari solitos, notum lippis & tonsoribus. At, cum f[ec]e Romanus omnibus prætulit, tum factum ex viuum nomen, & vnum in mundo appellatum. Itaque Papam se eti[am] Papam appellebat eodem nomine, quod erat omnibus promiscuum, tamen notionem mutauit: Concluse similiter adorari non eodem modo, cuius Episcopis quandoquidem Episcopi omnes desierunt adorari, cum ille uam obtinuerit.

XI. Sed quid coniecturas capto? Quasi coni-cturis opus, vbi manifesta  
ria profectio est. Aug<sup>ustin</sup>. Triumphus de Potestate Ecclesiastica quæ 9. art.  
3. disputat, Papæ honorem exhibeدام cum Sanctis:imo articu  
lo quarto maiorem quam Angelis. Est-ne hic promiscuus Episcoporum  
honos? Antoninus patte 3. histona, tit. 23. cap. 17. orationem descripsit Flo  
rentinorum Legatorum (& horum princeps erat Ar hieiscopus) in qua  
oratione hæc diserta, *Beatis tamen tuam ipsa ciuitas præceles, & inclyta Flo  
reina Romana Ecclesia filia, tibique dediti suma, per nos oratores suos sanctitati  
tua famulos, venerantur: den magnifica exaltatione gratulatur quam plurimum  
& sanctitatem hyperdulia adorat, reverenter tibi genua flectit. Quid audio? Es  
ne aoud Papitas Episcopis promiscua hyperdulia?*

XII. Parum est? Audi quid amplius. In Lateranensi Concilio sub Leo-  
ne decimo, sessione nona, haec totidem verba Antoninus Puccius eructa  
uit, *Factum est, ut quorum truculentia vulnera timebantur, libertas osculariu*  
*excepit pedes: quasi in te uno vero, atque legitimo Christi, & Dei vicarii*  
*propheticum illud debuerit roribus impleri. Adorabunt eum omnes reges terre, on*  
*nus gentes seruient ei.* Baronius tomo 12. recitat ex Neubrigene in regressu  
Alexandri tertii in urbem Montempeßulanum: in eoque hauc historiam.  
Inter Christianos nobiles, qui accedebant ad eius vestigia, quidam Saracenorun  
industrios princeps cum sociis suis renenerat accessit, & de osculariis pedibus eius  
fixit genua coram eo, & inclinato capite tanquam sanctum, & ptum Christiano-  
rum Deum ipsum Pontificem adorauit. Videntes autem hoc uniuersi, qui aderant  
in conspectu eiusdem Pontificis, valde mirabantur, & dicebant ad innixem illius  
propheticum, *Et adorabunt eum omnes Reges terra, omnes gentes seruient ei.* Deu-  
bone! Huccine impudentiae quenquam progressum, ut hanc dicat adora-  
tionem Episcoporum promiscuam! Et quisquam sibi fucum fieri patiatur  
illa exceptione inanium verborum, *Tanquam Deus?* Nihil me necesse est

XIII. Sed reliqua Ferrarij capita videamus. Et hoc prius posse adorari pap-  
licite, quo in argomento ante eum Scioppius versatus est sed exilius. Sum-  
mam perstringo. Status questionis sic est apud Scioppium: Num eum, qui  
sit verus pastor Ecclesie; & summus a Deo Pontifex constitutus, adorar-  
licet, hoc est, in terram procidere honorare, ante eum incurvare, & per-  
der eius osculari. Licere ergo probatur. Quia adorandi Verbum, tum de

Deo dicatur, tum de creaturis, & quidem hominum manu factis: omnium n. haberi exempla e Scripturis: Angelorum, Gen. 18. Hominum, Genes. 3. Ez. 2: & alibi sape, Ecclesiæ, Apoc. 1. Manufactorum ad Heb. 1. Psalm. 99.

XIV. Hic ego ante omnia, illud postremum de maius factis nego:  
Nam, neque Iacob adoravit caput virginis, ad Hebreos undecimo: non  
quod Deus iussit adorari pedum scabelium, Psalmo non agendum nono. Quia  
ergo e Neimpe interpres Latinus peruerse, ut alias lepe, eos locos rea-

dedit, & ex eius peccatis triumphos Papistæ faciunt. Sed de his prolixius in contiouersia proxima delolatria: tum enim iidem loci reponentur: & sane eo pertinent.

XV. Ad rem quod attinet: Fateor verbum apud **Hebreos** promiscuum fuisse: & hinc crebrum in Veteri Testamento, de honore delato creaturis rationalibus, Angelis, & hominibus. Sed, primo tantum apud Orientales, ex quorum vsu illa sunt, quæ legimus in Scripturis. Occidentales fuere pariores harum ceremoniarum: itaque **et cetera**, non visitata, nisi in Sacris, neque aut admissa, nisi ab iis quibz. tyrannidis insolentia mente mutasset, aut delata; nisi ab iis qui seruilem in modum potentioribus adulati. Sed n. quod ita promiscuum erat in Veteri Testamento, eximum factum est inter Christianos cultui religioio: adeo nunquam legas in Nono Testamento aliter: & improbatum, cum delatum Apostolo, delatum Angelo. Ne apud Veteres quidem Theologos aliter legas. Sed apud eos, qui iam fascinati postremorum seculorum idololatria. Quanquam hodie, qui modestiores videri volunt inter Papistas, adorari negant imagines, adorari sanctos: sed tantum honorari.

XVI. Sed de vocabulo facilius negotium. Res ipsa potior. In hac statu questionis, & vase dissimulans Ferrarius, & perfide posuit Scioppius. Mitto, verum pastorem Scioppii, & summum Pontificem, & constitutum à Deo, ambitiose quæsumus, cum de Papa disputatio sit, quem neque pastorem, neque summum Pontificem, neque constitutum à Deo, certum est. Sed illud utrum adorare liceat, capiosum. Id potius, utrum hoc modo adorare, puta solum, & hyperdulia, & tanquam Christianorum Deum, & ex vi illius prophetæ. Nam hæc sunt in hoc negotio præcipua, & ab aduersariis non frustra dissimulata.

XVII. Quid enim nomine illis omnia argumenta sunt communia? Dicam apertius. Quam adorationem illi deferunt, imo deferri volunt Papæ, ea vel est ipsi propria, & peculiaris, vel communis cu m aliis. Si est propria, quare nullis probatur, aut argumentis, aut exemplis, nisi communibus? Si est communis, cur nemini hominum deferrur præter solum Papam. Et cur non Ferrarius suum illum quotidianum Mecenatem adorat similiter quotidiæ Breuiter. Nego sequi: si reges adorati sunt, si Angeli, si Esau, si Jacob. Ergo esse solum Papam adorandum, aut si illis exemplis iste probatur legitime adorandus: sequitur multos alias præter Papam esse adorandos: & quia adorationis pars est osculum pedum etiam plurimi per totum orbem pedes osculari. Hoc utrum Papistæ sunt in posterum admissuri ipsi viderint. Certe, cui rei initium dedit, teste Lipsio Electorum lib. 2. Caius Imperator, monstrum hominis: eam rem multis iam seculis solus usurpat Papæ, neque præter eum quisquam pedem porrigit.

XVIII. Nunc videamus, quanto spatio adorationem Papæ Ferrarius distinguit ab adoratione Antichristi. Primo, inquit, quicunque populi in eum credunt, adorabunt etiam per uniuersum orbem. At nemo Papistarum incurvat se Papæ, nisi videat, vel saltet caput apertiat. Et qui vident, eorum numerus est valde exiguis.

XIX. O impostorem! o sine fronte hominem! Ergo tu totam adoraticem contineri putas his externis testimonis? Imo negas postea; etiam tuus nunc Coronus, ad me scribens. Er res est manifesta. Itaque primum, nego Antichristum ita adorandum, ut vbique gentium, qui in eum credunt, corpus flectant, aut pedes osculentur ab extremo Oriente, positi in ultimo Occidente. Scio prædictum, adorandum ab omnibus gentibus terræ: sed nego prædictum osculandos ei pedes, flectenda genua, etiam absenti. Deinde ea dem ratione, qua adorando ille prædictetur per totum orbem: adorari dico Papam, etiam ab iis quibus Papa, nunquam visus. A te, te, inquit Ferrari, Papam adorari, quem nondum oculus usurparis, et si non eodem gestu cum patrone tuo, cum procumbens humectecinit. Misere mei, usque ad virtuosos.

XX. Iterum, Antichristum adoraturi sunt, tanquam solum dignum adorari dicentes. **Quis similis bestie?** Nam & credent esse verum Deum quale se demonstrabit: & adorabunt tanquam verum Christum: ideoq; manifeste abnegata religione Christiana.

XXI. Imo, nihil horum, inquit, **Scriptura docet.** Non docet existimandum solum dignum adoratione, & contra, iussorum adorare priorem bestiam. Non docet credendum verum Deum, sed tantum Deum. Non docet adorandum, tanquam verum Christum. Abnegatio autem Christianitatis, vel verbo censetur, vel re. Si verbo, negatur prædicta. Si, re, asseritur impleta: nemo enim Papista, re Christianus. Nec tu ignorare potes Ferrari, qui ad Papistas discedere non potuisti, nisi Apostola factus. Porro solum Papam à Papistis tenueri dignum adorari eo modo, qui non videat; qui videat neminem eo modo adorari? Et quis illud, **Nemo similis bestie,** non obseruat, qui licet neminem æquari: & omne genus hominum infra eius pedes subiici? Qui meminerit maiori honore donari, quam Angelos?

XXII. Tertio: Qui adorabunt Antichristum, Diabolum adorabunt ei coniunctum. At Papistæ adorant Papam propter Christum.

XXIII. Ecce adorabunt Diabolum coniunctum Antichristo. Id est, non directe, quasi hoc ipsum habentes in animo, sed per consequentiam, sive, ut phrasit utrū Papistica, per concomitantiam. Omnino ita Papistas necesse est. Nam, quia Antichristus Papa ergo habet adjunctum Diabolum, cuius operatione potens est. Nec contraria sunt adorare Papam propter Christum, & adorare cum Antichristo Diabolum. Quia illud, propter Christum, hoc loco nihil significat, nisi immanem imposturam, quæ nomen Christi præxit: quomodo reuera osculum datur pedi Papæ, eti prætextu crucis atrectæ sandalo.

XXIV. Quarto, quicunque adoraturi sunt Antichristum, etiam damnati sunt: ut pote omnes reprobi. At qui non sunt omnes Papistæ reprobi.

XXV. Imo illud falsum, neque unquam prædictum. Imo contrarium ipsi Papistarum doctrinæ, qui exspectant Enochum, & Elizæum reduces, ut conuerrant corda hominum: quod non potest consistere cum tuo hoc oraculo, Ferrari. Fateor in æternum damnatos, qui Antichristi sectabuntur religionem: sed quomodo dictum lo. 3. **Qui credit in eum, non condemnatur,** qui vero non credit, iam condemnatus est. Cum tamen verissimum sit, multos qui non crediderint omnes postea credentes saluos fieri.

XXVI. Quinto, Antichristus iussus est occidi, qui unque non adora-

bunt. At Papa non iubet occidi eos, qui non eunt ipsum adoratum.

XXVII. Vide astutum Sophistam, quam parua vocum declinatione spe ret se illusurum cordatis viris. Non iubet occidi Papa, qui non eunt adoratum. Esto. Sed ubi tu legisti iussurum Antichristum, eos occidi, quise non ibunt adoratum: Nam tu in eundi verbo ludis, Sophista. Nos vero agimus serio, & scimus Papam iussisse omnes occidi, qui non adorent se. Nam unde ergo persecutio tam immane? aut in ea persecutione, quis numerare possit hominum occisorum millia? Plutarchus in Alexandro de Callist. hene, τες δι' Εὐαγγελίου αἰχματικά πολεμήσαντες τούτων τοις συνιστοντας, αὐτοὶ γά μὲν εἰσιν, Gracos magna liberavit infamia, dum adorare derretat Alexandrum, at scipsum iit perditum. Nos similiter: Christianitatis immane quæ tum dedecus iustitius, qui soli negauimus Papam adorandum: sed ipsi nos immane quantis periculis induimus. Deus prouidebit.

XXVIII. Sexto nunquam ita fuit, ut cum aperte grassis est Diabolus, Deum adorari iussit, & Christum.

XXIX. Forte inquam. Sed in Antichristo aperte regnatur Diabolus, id est, sublato omni nequitæ velo, & pietatis prætextu. Hoc vero non probat Ferrarius: nos fallum esse scimus. Quanquam aperte grassis inter Turcas, forte non neget Ferrarius, ubi tamen iubetur Deus adorari, nec Christus omni vacat honore, saltem magni Prophetæ.

### C A P. XIX.

*De Antichristi autoritate in Templo Dei.*

I. **N**unc videndum de autoritate quam Romanus Episcopus usurpat in Ecclesia, in qua enim sessurum Paulus prædixit, id est, imperaturum summamque autoritatem exercitum. Et hic vix opus probationibus quoniam hoc ipsum aperte profiteretur. Verum tamen, ut quid hic monstrat, facili intelligat omnes, dicat de ea autoritate, primum quia ipsum caput Ecclesiæ Christum, attingit: deinde qua ad eius membra porrigit se. Dico igitur Episcopum Romanum, usurpare sibi honorem Christi eximium propriumque.

II. Nam Christi nomen usurpat. Itaque Bernardus de Consideratione libro secundo, capite nono, Eugenium appellat **vñctio Christum.** Gregorius septimus in secunda bulla **excommunicationis** contra Henricum imperatorem, **Astiterunt reges terra, & principes seculares, & Ecclesiastici, aulici, & vulgares consuerunt in unum aduersus Dominum, & vos Christos eius, dientes, dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis ingum ipsorum.** Et poterat tamen hoc ipsum excusum lata significacione sumpto vocabulo, quomodo **Scriptura Christos vocat reges, sacerdotesq;** Verum non haec mens est. Primo n. de scipis hæc ita dici volunt, ut de aliis minime. Nam & Bernardus eximium quid de Eugenio prædicabat, ut patet ex toto loco. Et Gregorius abutitur Psalm. 2. vbi Christus, non pro quolibet vñcto usurpat, sed pro vñctorum capite Filio Dei. Secundo, non contenti ipso vocabulo, id sibi Papæ tribuunt, quod eam vocabuli vim exprimit, quæ nulli vñcto præter Filium Dei tribuitur.

III. Bellarm. præfatione in **Tertiam generalem contiouersiam libri I.** Papæ tribuit vñctum **Esaia: Ecce ego ponam in fundamētis Sion lapidem lapidem probatum, angularēm, pretiosum, in fundamento fundatum.** Hæc fiasias c. 28. Qui idem lapis octauo vocatur, **lapis offensionis, petra scandali.** Quem vñctrumque locum, & Paulus 9. ad Romanos: & Petrus 2. prioris, de Christo interpretantur. Et tamen, **non in pte** (inquit Sophista) **in Christi vicarium quædrare censemus.** Imo in vicarium solum, non in Christum: si verum est, in fundamento fundatum, nihil esse nisi fundamentum post fundatum, fundatum secundarium, non primarium. Nam certe Christum non esse fundatum huiusmodi constat ipsis consistentibus Sophistis. Non posset igitur is locus intelligi de Christo: & mentitus erit Paulus, mentitus Petrus. Sed est potius impostura. Nam **Esaia** non dixit in fundamento fundatum. Sed **lapidem fundamenti fundati**, id est, lapidem, qui sit fundatum fundatissimum, i.e. est, firmissimum.

IV. **Quid sponsum Ecclesiæ dicā?** Hoc certe nomen nulli vñquam Scriptura tribuit præter rō. **Et tamē disputat ex professo Augustinus Triumphantem Papam esse sponsum Ecclesiæ: & quidem solum, id est, sic ut præter eum nullus Episcopus eius honoris sit particeps, articulo I. quæstione 19. de Potestate Ecclesiastica.** Innocentius tertius in sermone tertio in Consideratione Pontificis. **Qui habet sponsam, sponsus est.** Annon ego sponsus sum: & quilibet vestrum amicus sponsus est: utique sponsus: quia habeo nobilem diutinem, & sublimem, decoram, castam, gratiosam, sacro sanctam Romanam Ecclesiam: quæ disponebit Deo, cunctorum fidelium mater est & magistra. Antonius Puccius oratione habita ad Leonem decimum, sessio. 9. Concilii Lateranensis. **Cœcitatæ atque ex surge: Sion matrem nostram sponsamque tuam circunda: ipsam completere.** Et ipse Leo decimus in bulla Concordatorum cum Francisco primo Rege Gallia. **Nuper si quidem, ut Ecclesiæ sponsa nostra in sancta urbe conforuaretur.** Et blasphemia ferre quisquam potest? Quid ergo Paulo fecit? **Ambo vos Dei zelotypia. Preparauit n. vos, quos uni viro (ut virginem puram) sibi, nempe Christo. Audin' Eccl. lesia vnum virum? Audin' eum virum Christum?** Et Papa vir Ecclesiæ? Infandum. Et tamen inquietebat Innocentius, **Quis quis habet sponsam, est sponsus.** Itane? Etia? **Eunuchi sponsi sunt?** Nugæ. Sponsam habere dicitur, non qui eam seruat, custodit, ornat, curat: sed cauillenuplit. Itaq; nemo Episcoporum Ecclesiam habet sponsam: nedū Romulus.

V. Christus sibi datam asserit à Patre omnem potestatem in celo & in terra. Et hoc ipsum viles hoīuncio non veritus est sibi vendicare. Antonius Puccius sessione 9. Concilii Lateranensis sub Iulio, **Non ignari, omnem tibi vni in celo & in terra traditam à Domino potestatem: ut non spiritualib. tantum viris, sed terrenis quoq; huius seculi potestatis in causa communis boni us dicere non pertinet.** In codem Concilio sessio. 10. Stephanus Patracensis, Reges in compedib. magnitudinis magni regis liga: & nobiles in manib. ferreis censorum constringe: quoniam tibi data est omnis potestas in celo & in terra. Et multo ante. Bernardus ad Eugenium tanquam ad summum hierarchicum in celo Ecclesiæ vnum, in quo erat omnis potestas super omnes potestates tam celesti quam terra, recte scripsit, **Tibi data est omnis potestas: in qua qui totum dicit, nihil excludit.** Libro primo Ceremoniarum, Titulo 7. in benedictione ensis, **Figuras**

LIBER DECIMVS SEXTVS, CAP. XIX.

355

**E**nrat denique Pontificis hie gladius potestatem summam temporalem à Christo Pontifici situs in terris Vicario collatam, iuxta illud, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra: & alibi, Dominabitur à mari usq; ad mare: & a flumine, usq; ad terminos orbis terrarum.

VI. Denique Simon Begnius less. 6. Lateranensis Concilij sub Leone 9.  
Ecce venit Leo de tribu Iuda, radix David. Ecce suscitauit tibi Deus salvato-  
rem. Apud Ottonem Fribingensem, lib. 1. de Vita Friderici, c. 57. Cardinalis  
de pede Romana, Hec est, inquit, sola que claudit, & nemo aperit & nemo  
claudit. Nec dum finis blasphemiae. I. aulus louius in Phillipio tertio narrat  
à Panormitanis missos ad Papam Martinum quartum, oratores viros san-  
tos, qui ad pedes illius strati, velut pro ara hostiæ, Christum agnum Dei salu-  
tantes, illa etiam ex altaris mysteriis verba supplices effarentur. Qui tollis pecca-  
ta mundi miserere nostri. Iterum, qui tollis peccata mundi, miserere nostris seruus.  
Qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Et quid iam quæso superest Christo?  
ita iste omnes eius autoritatis partes sibi usurpavit. Adeo nihil tan-  
cete manifesteq; de eo Spir. S. prædixit, quod non iste sibi scelerate vel as-  
sumat, vel tribui patiatur. Et non erit Antichristus? Ne ergo Antipapas ap-  
pellent eos, qui sibi eandem usurpant cum iis autoritatem. Sed ita sit pro-  
fecto, ut qui audacissime inuadunt aliena jura, iidem obstinatissime pugnent  
pro suis usurpationibus.

VII. Insurrexit ergo Papa in ipsum Christum. Quid in eius membra? At qui id etiam profiteatur: quum caput fastuose nominat se ipsum? quum Pontificem summum: quum Occumenium Pontificem. Quorum vocabulorum vim attende. Bonifacius nonus in Extrauagante, *Vna sanctam*, de maiestate & obedientia, *Subesse Romano Pontifici, omni humana creatura declaramus, dicimus omnino esse de necessitate salutis.* Et inde ista consecratio, *Papa est immediatus pralatus, & index omnium fidelium, ut in toto orbe terrarum facere possit quicquid infraiores pralati facere possunt.* Sie Ioannes de Turrecremata in lumina de Ecclesia libr. 2. cap. 65. & cap. 86. *Romanus Pontifex iurisdictionis autoritate ac potestate si prior ac maior existit tota vniuersali Ecclesia.* Et apud Triumphantum de potestate Ecclesiastica quest. 1. artic. 3. *Potestas Papa omnem aliam excellit potestatem.* Glossator Gratiani causa 9. quest. 3. *Canon. Nemo.* Concilium non potest Papam indicare: unde si iouis mundus sententiaret in aliquo negotio contra Papam, videtur quod sententia Papa standit esset. Idque eruit ex vi verborum eius Canonis: in quo distincta legas Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque ab regibus, neque a populo iudicabitus. Hinc etiam Iccleratissima illa quidlibet audendi libido, Dist. 14. Canoue, *Si Papa.* Huius culpas istic redargueret presumit mortalium nullus: quia curvities ipse indicatur usque a nemine est iudicandus. Et Petrus de Monte in Monarchia, *Papa accusatus de crimen non tenetur se purgare.* Sed haec omnia longe superat immensum id crimen, quum se habent vulnus regulam fidei: quod asserit Caranza. Prolegomenis in lummum Conciliorum, contouersia tercia: asseruerunt etiam Iesuitae in novissimo Colloquio Ratisbonensi.

VIII. Quæ quum ita sint, nihil est, quod quicquam miretur deinceps auctoritate ab eo omnia Ecclesiæ iura. Krantzus Saxonæ lib. 6. c. 16. Nondum Romana Ecclesia tantum sibi iuris in omnes omnium prouinciarum Ecclesiæ vendicabat, ut nisi confirmatione apostolica Episcopis non haberetur legitimus Id n. posteriora tempora adiuuererunt. Nec ibi queuit Romana Ecclesia, donec amazatas quoq; sibi ex omni Christianismo adiuvaret. Idem Metropoleos lib. 2. c. 26. Necdum sedes apostolica Roma cuncta sibi Ecclesiæ (ut nunc) in râ vendicavit. Metropolitanus cuncta gerebat in prouincia sua. Et lib. 7. c. 45. Ragerburgensis cum Ecclesia, mortuo Henrico, vacabat: & se ingerebat non ele-  
ctus a fratribus Lambertus quidam Hamburgensis & Bremensis canonicus, qui Ecclesiam alienigena à summo Pontifice ad se nihil pertinentem impetravit. Vide in quantum licet etiam processit, post Imperatorum desitutionem, Romana Ecclesia: ut se inciperet intramittere de Ecclesiis vacantibus. Solebant Imperatores de Romana aliquando disponere Ecclesiæ peruentum esse, ut de scolis Germania Ecclesiæ & Abbatibus dissonarent: idq; extortum est manib; eorum tempore Henri-  
ci quinti Imperatoris: tum Ecclesiæ prouenit libera electio: in eam quoq; Papa ma-  
nis iniecit per hanc temporâ: & crevit illa facultas in immensum, ut satis sit per Germaniam res tolerabilis: sed in Francia & Anglia immo derata. Paulo post,  
Nihil tum opus erat Apostolica confirmatione, satis erat electionem ab Archiepiscopo comprobari: nunc ad se omnia Ecclesiæ iura traxit Romana Ecclesia.  
Et lib. 9. c. 23. Iam inoluerat, ut Apostolica prouisione darentur Episcopi, post ha-  
bita capitolorum legitima electione. Denique in Pontificali de Conieunctione  
Episcoporum, Ecclesiæ cathedralium, siue metropolitanarum, ac patriar-  
cialium prouisiones, seu electionum ad illas confirmationes, ad sedem Apostolicam  
pleno iure pertinent.

IX. Hinc vero factum, ut omnes Episcopi appellantur ministri Papæ. In Concilio electorum Cardinalium. His castigatis, quæ pertinent ad constitutio-nes tibi ministros, quibus veluti instrumentis, & cultus Dei bene administrari, & populus Christianus in via Christiana bene institui & regi posse. Et postea Posthac quis ad instituendos ministros tuos in hac universalis Ecclesiæ cura. En quo deuenierit orbis Christianus! Quanquam est aliquid etiam paullus in-dignius: sc. quorum summa dignitas erat præfici Ecclesiæ Dei, nunc adeo demittuntur ut sint officiaiæ Papæ domestici. Sic Onuphius, Innocentius octauum ante quam fieret Papa, fuisse Episcopum Sauonensem: factum à Paulo secundo, a Xisto quarto mutato Episcopatu illo in Melitensem, co-stitutum datatum. Alexandrum sextum, quum esset Archiepiscopus Valentius, Cancellarium esse creatum Ecclesiæ Romanæ: eoq; rursus munc-refunctum Clementem septimum, dum esset Archiepiscopus Florent. Iu-hum secundum, dum Episcopus erat Sabinus, fuisse maiorem pœnitentia-rium. Paulum tertium ab Alexandre sexto, erarij præfectura, & Episcopatu Montis Falconis Cornetique ornatum. Pium quartum à Paulo tertio Ar-chiepiscopum Epidaurensem creatum. Et primo Quæstorem factum, dein de Perusis, Vmbriæq; prætorem. Apud Paulum Iouium libr. hist. 27. Hier. Vationensis Antistes dicitur Pontificie familie dispensator. Denique Car-dinales, qui aliis in Ecclesiæ Archiepiscopi sunt, & Episcopi: Romæ pres-byteri sunt, & Diaconi. In Actis Concilij Tridentini: Carolus a Lotharin-gia S. R. E. Presbyter Cardinalis: qui tamen in Gallia erat Archiepiscopus Rhemensis. Ludouicus Madrusius S. R. E. Diaconus Cardinalis, electus E-piscopus Tridentinus.

C A P. XX.

## *De quaesita Romanis Episcopis seculari potentia*

I. **A**ctum de Ecclesia: agendum de Republica. Constat enim etiam h[ab]et  
sibi Antichristum subiecturum. Nam Apocalypses undecimo, cum  
dux bestie describantur, quarum prima sit Romanum Imperium, alter:  
Antichristus: tum de hac diserte. *Ea vero potestatem prioris bestie omnem exer-  
cit in conspectu eius.* Et Daniel, capite septimo, eum regibus annumerat  
quum dici post decem reges alium subiecturum. *Quid? quod purabit te  
posse mutare tempora & leges? Poteſt-ne ita intelligi, ut nullam artoget si  
bi politicam autoritatem?*

**III.** Hæc vero si Romanum Pontificem non attingunt, ne esto sâne Antichristus. At contra, si ad literam impleta: patientur quotquot Papistæ sanctum à Catholicis suo nomine honestari. Kapit, inquit Chrysost. diuinum humanumque imperium, *τὸν δὲ Θεόν, τοῦτον τούτους αρχαὶ*: Nempe in Ecclesia, & Republica: nam illa Dei regnum est: hæc autem hominum. At Papa utrumque iam sibi vendicavit: nam de Ecclesia abunde iam demotum. De Republica ipsi profitentur. Et quidem soli profitentur. Neque scimus in vniuerso orbe unum alium esse, qui utramque hanc potestatem sibi arroget. Ergo necessaria est conclusio, Papam esse Antichristum.

IV. De Republicae imperio, nemini dubium esse potest, qui meminerit, quæ dicta sunt de sententiâ Canonistarum, ac Theologorum apud Papistas qui utriusque nouam hæreticam constituant impiorum Politicorum, qui Principes seculares volunt in suis populis esse supremos: ac contra eos disputant strenue, utrumque gladium pertinere ad Papam, vel directe, vt Canonistæ, vel indirecte ut Theologi definiunt. Et, dum hæc inter se, & contra Politicos pro suo Domino pugnant mancipia: tum vero ipse in solio suo sedens, parum sollicitus, quid sibi distinctiones velint, utrūque gremio fuerit. Quid n. interest, siue directe habeat, siue indirecte, dum habeat: & habeat ita, ut pleno iure utatur, id est, plenitudine potestatis, cui nemo dicere possit, *Cur ita faciat?*

V. Et tunc non sunt huiusmodi disputationes, metu ociosorum hominum in umbris rugamenta. Tunc nam tam facile esset Papas tolerare, sibi magnificis titulis delicias facientes, quia in facile Regum audimus, alios sibi Franciam adscribentes, alios Cyprium, & Hierolymam, qui tamen in iisne gloriam quidem possideant. Eset nam verborum lufus duntaxat. Sed haec verbani nimium, omnium, saepe in rem praesente in deducta sunt. Quid enim omisit Episcopus Romanus? immo quid non admisit, ut & sese longe preferret regib, & sibi quam amplissimum dominium pararet? Demonstrabo. Et agamus de summis opibus qualitatis: tum de Imperatore conculetato.

VI. Ergo quod ad opes attinet, Taboetius Ephemeridum tom. 2. Magistratus, inquit, Pontificis variæ iactantia fuit: aliquando sublimis: interdum insignitus: sepicule redactus ad nihilum. Sacrofæctus fuit trecentis circiter annis, à diebus Petri usque ad tempora Sylvestri: quandiu fuit expositus aspergido martyrio: pauper sine lare, territorio, iurisdictione caduca, temporalis, & sanguinaria: En tibi primorum Pontificum statum: alienissimum ab omni pompa: destitutum opib vacuum dominio. Vbi rum Sancti Petri Patrimonium? Pauper: sine lare: sine censu: sine territorio. Vbi uterque gladius? Sine iurisdictione caduca, temporali, sanguinaria. Et tamen Magistratus sacrofæctus. Vere. Sed quam procul discessum ab iis temporib. Pauper fuit, inquit Taboetius. Quando? Quandiu annis primis trecentis. Ergo deinceps non fuit. Sane diues enim factus At vicissim. Sacrofæctus. Quando? quamdiu Trecentis circiter annis. Ergo deinceps non fuit. Abi nunc, & iniiorum, si potes, agnosce vestigia. Olim sacrofæctus, non diues. Nunc vero diues, nō

VII. Sed recognoscamus tantæ mutationis gradus. Dominum Episcopi Romanum acquisuisse dicuntur, liberalitate principum secularium. Primum liberalitatis documentum historiæ obseruant in Ariperto Longobardorum Rege, Alpes Coctias donante. Blondus, Decadis 1, lib. 10. Habentur Iohannis istius Sextum Baronius dicit, alii Septimum) Pontificis tempora future amplitudinis Romana Ecclesia initia atq; arras: quod Aripertus Longobardorum Rex zelo religionis Christianæ ductus, Alpes Coctias, in quibus Genusa, urbs nunc præclara, & quecumq; ab ea ad Alpes usq; Galliarum fines censebatur, beato Petro nauit. Hermannus Contractus, editus ab Vrbitio notat annum septingen-  
tium septimum: at Baronius tricenio prius.

V. H. Paulo post tamen, quum non conuenierit Papæ cum Longobardis, configit ille ad Pipinum Fraconorum regem, qui secunda expeditione suscep-  
ta in Italiam, multa ei concessit vi erupta Longobardis: Rauennatensem  
exarchatum, &c. ut ait Leo Ostiensis, Chronicus Casinensis libr. i. c. 9 viginti  
alias ciuitates, multaque; præterea, etiam Corsicam, prouinciasque Veneria-  
rum, & Histiae: ducatum Spoletinu:, & Beneventanu: quod cotigisse dicitur  
anno 755. Carolus Pipini Filius, eandem postea donationem confirmatus  
fetur, atque amplificasse, anno 774. Secusus est longo post interuallo Ot-  
to primus Imperator, qui easdem donationes ratas habuit, anno 900. &  
auxit Reate, Amiterno, Furcone, Nursia, Batua, Marsis, Interamni, Rursus-  
que Henticus eius nominis primus anno millesimo decimo quarto, ad vet-  
rum fere descriptis eius formulam, & confitauit.

IX. Ab eo tempore nihil, quod sciam, Papæ donatum præterea, quæ à Mathilde Comitissa, hæc cū multis annos. Curia Romana vixisset perpetua comes Paparum, etiam contra Imperatores, quib. erat affinis, huc mota de uotione in religionem suam, sive (vt multi suplicabantur, teste Lambertio Schaufusburgensi) amore saucia, quo factum, vt neque marito viuo hæret, neque eo defuncto a viduitate discederet: tandem Ecclesiam Romanā sibi hæredem fecit. Tabulas descripsit Baronius, anno millesimo centesimo secundo.

X. Hæc liberalitatis exemplaria in quib. multa sese notanda obijciunt. Et primum quidem earum donationum nullum superesse archetypum: præterquam ab Ottone, quod Baronius testatur aureis scriptum literis, seruat in castello Sac. Cti Angeli. Item a Mathilde. Sed si est veram, qui factum, ut collatione opus fuerit integrando? At Pipini, & Caroli magni nulla. Nam quis credat, si extitissent, omissa à Baroni o? Henrici autem diploma describitur quidem, verum non ex originalib. sed ex collatione quatuor diuersorum manuscriptorum. In quib. tamen unum autographum vocat molis Adriani: quod li vere esset autographum, tursus, quid opus fuit aliorum collatione? Adde nullam adscriptam diem: nullum annum: quod in actis solennibus, nunquam factum. Quid? quod tum Otto, anno nonagesimo sexagesimo secundo: tum Henricus, anno millesimo decimo quarto donant, cunctū S. olet annū Ducium, seu Beneuentanum: Et tamen anno millesimo decimo nono dicitur Beneuentum ab Henrico iuniore Papæ traditum in locum Bambergæ ciuitatis. Hæc qui constant?

XI. Secundo, quomodo ista consentunt cum Donatione Constantini? Vel potius hæc donatio cum ist: s: Nam, si Constantinus dedit urbem Romam, omnesque Italæ, imo Occidentalium regionum prouincias, loca, ciuitates: quid opus erat dari aut ob Ariperto Alpes Coctias, aut à Pipino, & Carolo Magno, magnâ Italiae parté: aut ab Ottone, Henrico eov conferri Reate, Amiternum, Furconem, Nursiam, Baluam, Marlos, Interamnem? Imo respondeat eorum aliquis, quare, ut in diplomate Henrici, confirmatur non minatim donatio Ottonis: & Caroli in Ottone, non etiâ Constantini in Carolo? Nimirum Constantini diploma, nou tantum in Decreto Gratiani Pæle a est: sed etiam in rerum natura fabula impudens: ut merito Cusanus testatus sit se ei aureis characteretib. scriptæ, adscriptum legisse, *Huic fabula quis credit?*

XII. Baronius non nihil vilus est erubuisse, anno trecentesimo vigesimo quarto. Nam nec ad pompam Anålium suorum existimauit facere eius descriptionem: cum istas longe recentiores nō omiscerit. Et super sedendū putauit (noua quadam religione) prolixia disputatione in tanta controvērsia, qui tamen alias, quoties offert se aliquid sedi Romana fructuolum, nulli aut tædio lectorum, aut proprio labore parcit, deniq; Græcis ira citur, quorum vafritis factū sit, ut Ecclesiæ Romanae dignitas pendere videtur ab statuto Imperatoris. Magnā enim uero gratiam habemus bruto illi, quicumq; tandem fuit, tam inepit fabulæ cœlarcinatori: qui ridicula sua affectatione Cardinalis conscientiam mouerit. Nam huius inepitæ stuporem quis non credat esse infinitum, qui eum mouerit, quem non moxit nihilofanii fīgmentum de Constantino à Syluestro baptizato? Cui, ut si em adstrueret, inuitis omnib. veterib. nouam Constantino apostoliam affingere ausus est, & assertere eum, qui se scriptis ad Miltiadem literis, totoq; in negotio Donati Christianissimum probarat, reduisse ad vomitum, & Christianscru- deliter esse perlequitum.

XIII. Sed cum Paleam istam non valde proberet: tum donationem ipsam, ut videoas magno empturum, si esset authentica, suis coniecturis fulcire laborat, & quidem obiter, inquit, quomodo illa olim, & fugit ad salices, & se apia quae videri. Constantimum primum Imperatorem Christianum maxime pium, munificentissimum; itaq; religionē Christianam concēdit quib; va- luit officia coluisse, atq; munerib; frequentasse. Quod ego quidē tolerare possum. Nam eius in Christianos Episcopos liberalitatem scio à veteribus historicis celebratam. Quid tum a. Ergo non tantum paria Gentilium sa- cerdotum priuilegiis priuilegia concessisse Christianis Antifitib; sed maio- rib; donarii templo auxisse. At hoc profecto falsum. Nam & Ambrosius oratione contra Symmachum de Priuilegiis contra habet. Et donaria quæ fuerunt inquam Christianis tanta, quanta Delphis? Et tamen quid hæc ad Donationem hanc fabulosam? At i&d. Maxime, inquit, Romanā Ecclesiā, religionis principem. Et hoc sc̄. restabat: ut Cōstantinum Christianum, suo modulo Cardinalis metretur. At qui Cōstantini seculo nondum auditus e- rat Occumenicus Pontificatus. Mirramus hoc tamen. Principem religionis auxiliū donariis magnis: Ergo ne etiam totum orbem Latinum imperio eriperet, Episcopo tribuerit? Credunt Papistæ: Catholicī irrident.

XIV. At magnū plane est de collatis illis Romanæ Ecclesiæ. Cōstantino munerib. argumentum, quod Frācorū Christianissimi Principes, iuis ipsorū diplomaticib. ea a Longobardis ablat., se Romanæ Ecclesiæ restituere professi sunt. Atqui, inquam, ea diplomata nulla Bellarm. protulit. Cur credamus? Einde:imo magnum est argumentum nō collata illa donaria à Cōstantino, quia in iis sive dandis, sive reddendis nulla inquam mētio Constantini. Quin ergo potius dicimus usurpationē Romanorum Pontifici. um traductam? Neq; u. mirum, s, ut mutuo multiplicabunt, noluerint Pipinus, & Carolus in Episcopi Romani auda. iam diligenter inquirere. Tum vero, quid me illis credere vis, quorum stultitia tam facile abasiliunt, ut persuaserint id patrimonium ad Petrum deatum esse a prædecessorib. Verba vtriusque diplomatis Tibi beato Petro principi Apostolorum, & clavigero regni celorum, & per te Vicario tuo Domino Ioanni summo Pontifici, & uniuersali duodecimo Papa, sicut a prædecessorib. vestris vīg, nunc in vestra potestate atq; ditione tenuisti et dispoluisti.

XV. Tertio, obseruanda est impudentia Bozij Quum n. constet Dominū temporale ad l. apas pernentis ex mera p̄tincipiū liberalitate, scle suoq; stulte spoliantium, vt hunc vestirent: Bozius tamē contra statuit, nihil priu- cipes habere, nisi ex mera Paparum indulgentia. Et nō vident Principes qua lem in finu viperam fouerint, foueant? Quanquam , vtinam sola hac Bozij verba essent: & non longe disertius effecta loquerentur. Nam certe ante quam hac præpostera liberalitate ditatus esset Episcopus Romanus, num quād cuiquam legitur negotium secissile de tua in Rempub. autoritate. At deinceps nemo fuit Christianorum p̄ticipiū, quem non fatigari.

XVI. Quarto, post tantas partas opes sues etiam tirulos mutauit Roma-

nus Episcopus. Certe primorum Episcoporum ad vsque Caroli magi  
tempora, nemo inueniri potest, cui iuri tituli concessi principum secula-  
rium. At iste audit Princeps, audit Dominus: & sibi gaudet tribui Imperiu-  
m tribui maiestatem. Iouius libro historiarum 34. Paulus in administranda  
Rep. illustri quodam in speciem diuersarum virtutum temperamento Pontifici si-  
mul & principis nomen tuebatur. Et libr. 17. de Clemente, & Carolo quin-  
to, Ominus oculi in duos longe maximos terrarum orbis dominos sunt coniecti.  
Liber. 30. Erat ararium Pontificij Imperij penitus exhaustum superiorum tempo-  
rum calamitate, praecedentibusque iacturis ac impendiis: nam Etrusco bello decies  
centena millia aureorum numnum expendisse ferebatur. Lib. 25. narrans que  
Clemens a Florentinis veller: Quantum ad Pontificiam maiestatem pertine-  
ret, hoc obnoxie petebat, ut nullas, nisi ex Pontificia autoritate sacerdotiis de-i-  
mas imponerent. In Concilio Lateranensi Leo decimus à Balthasar del Rio,  
dicitur Rex regum, & orbis terrarum monarca, sessione septima. Et 9. ab  
Antonio Puccio, in regale Romanorum Pontificium genus consentientibus om-  
nium suffragis adscitus.

C A P. XXI.

*De conculcato Imperio.*

I. **T**a Papis quæsitæ opes. Sed deinceps conculcati Imperatores: cæteri; Reges. Vere enim conculcati, vrpote destinari vilissimis quibusque officiis: etiam deicti ad pedes vsq;. Quæ nobis iam docenda.

II. Primum ergo aperte se se maiores proficentur Papæ Imperatoribus. Et Imperatores cum dicunt, quem excipiunt? In Decretalibus c. Solito benignitatis, de Maioritate & Obedientia, Non negamus quin preccellat Imperator in temporalibus, illos dumaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia: sed Pontifex in spiritualibus antecellit: que tanto sunt temporalib. digniora, quanto anima preffertur corpori. Non proflus male: si distinctos fines intellexerit, & spiritualium excellentiam non carnaliter, sed spiritualiter assimilasset. Sed attende, Potueras prærogatiuum sacerdotij ex eo potius intelligere, quod dictum est, non à quolibet, sed à Deo, non regi sed Sacerdoti: non de regia stirpe: sed de Sacerdotali pro sapia descendenti, de Sacerdotib. videlicet qui erant in Anatol: Ecce constituit super gentes, & regna, ut aquellas, & dissipes, & disfices & plantes. Quasi idem munus esset propheticum: & sacerdotiale. At qui de Hieremia ita dictum est: quod nunquam de illo Sacerdote alio. Itaq; ineptit Innocentius. Deinde si concedatur, quid hinc proprium inferri potest pro Romano Pontifice & non commune omnibus sacerdotibus? Pergit Innocentius, Noste debuerat, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cœli, luminare maius ut præcesset die, & luminare minus ut præcesset nocti: utrumq; magnum, sed alterum maius. Ad firmamentum igitur cœli, hoc est, uniuersalis Ecclesia fecit Deus duo magna luminaria id est, duas insinuit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas & regalis potestas. Sed illa quæ præcessit dieb. id est, spiritualib. maior est: quæ vero carnalib. minor: ut quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices & reges differentia dignoscatur Nugæ nugacissimæ. Nam quis docuit sic dicitur? Et tamen ineptientem glossator sequitur: tam malus Theologus, quæ ineptus Logistes, Cum terra sit sepius maior luna: sola, octies maior est terra, refutat ergo ut Pontificalis dignitas quadragies septies sit maior regali dignitate.

III. Ex his suppositis conjectanea consideremus. In appendice ad Radenium edito à Christiano Vrbiſio Adrianus Papa scriptis ad Fridericū literis conqueritur Imperatoris non en suo nomini prepositum. *In literis ad nos missis nomen tuum nostro praeponis: in quo insolentia, ne dicam arrogantiā, nō tam incurruis, Modeste-nc: Ita: si non noue.* Sed recte Imperator respondit, *Cum Romano Pontifici scribimus, iure antiquo nomen praeponimus.* Et sane mos Antiquus. Apud Eusebium lib. 10. historiæ. *Kονταντίνος Μιλήτιος επικράτει την Αιγαίον.* Neque conquestus Miltiades: & longo post tempore, *Victores Valentianus & Marcianus glorioſi triumphaores semper Augusti, Leonī reverendissimo archiepiscopo glorioſe ciuitatis Roma.* Nec tame conquestus Leo: qui nūmuis magnus. Nimurūm & illi longe aberrant ab instantiū opib. factuque: & Innocentius longissime ab eorum modestia.

IV. Nec de solo nomine ambitio est. Innocentius quartus apud Matthiā Paris, *Nonne Rex Anglorum noster est Vassallus, & ut plus dicam mancipium?* Apud Ottonem de Sancto Blasio, c. 8 Imperator, imperium de manu Pontificis se recepisse admonetur. *Quo audito Imperator & omnes praesentes Principes maxima indignatione accensi, quod, quasi iure beneficij sub homagio Cesarem imperium a se juxcepisse gloriaretur, & cum clamoris maximo strepitu in legatos omnes inuesti, vix manib. temperabant, indignum ducentes tali contemptu Romanos gloriarī. Vnus a. legatorum, quasi pro Apostolico loquens, stolidissime his itare respondit. Si ergo à Domino Apostolico non habet, à quo habet? Radeuicus, lib. 1. de gestis Friderici, c. 10. eandem recitans historiam, addit, à nonnullis Romaniorum temere affirmari, *Imperium urbis, & regnum Italicum donatione Pontificum reges nostros hactenus possedit. Idq; non solum dictis, sed & scriptis atq; picturis representare, & ad posteros transmittere.* Vnde de Imperatore Lothario, in palatio Lateranensi, scilicet in basilica diuina, *in scriptum est.**

Rex venit ante fores: iurans prius urbis honores,  
Post horum fit Petre sumit quod dante coronam.

*Post homo fit Pap&., sumit quo dante coronam.*  
Huc pertinet Ottonis iuramentum fidelitatis insertum Decreto Gratiani  
d st.3.c. Tibi Don. ino. Vbi nctat Glof. & Io. de Turrecremata, Quod qui seculi  
recipit ab Ecclesia, iuramentum fidelitatis non solum Ecclesie, sed etiam praelatis  
prestare debet. Aperte feudum appellantes Imperium, & quidem acceptum  
ab Ecclesia. Et hinc illa persuasio neminem esse Romanum Imperatorem,  
nisi quem P. tunc coronaverit.

V. Sed quo non deiecit Imperatorem & Reges tantus fastus? Primo ad genuflexionem: deinde ad oculum pedum. Nam cum accedunt ad Papam, cum primum vident, dextero capite illum genu terram tangentes venerantur: & iterum, cum appropinquant ad gradus sedis: sedet enim ille exequans. Demum, cum ad pedes perueniunt, illos deuote osculantur. Sicut scribirur, tum in Pontificali Romano: tum in libro Ceremoniarum factarum, cum describitur Imperatoris coronatio. Imo Viguierius in Ep. t. hist. Ecclesiast. ad annum millesimum centesimum nonagesimum p. sum, ex quadam manuscripto annotat, Papam sedentem in Pontificali Cathedra tenere coronam Imperiali in interpedes suos: tamq; ab imperatore inclinato

## LIBER DECIMVS SEXTVS; CAP. XXI.

361

nato capite de pedib. eius luscipi, tum Papam pēdē eam coronam percutere, proiecereque in terram, in signum, quod habet posse statem eum, si merita sua exigant, depōnendū. Enī factum non ferendum. Et quanquam id non obserueretur in Pontificali, aut in libris Ceremoniarum: tamen legas Papam sibi tandem arrogare, ut examinaret electionem Imperatoris: inquiratq; tam in electionis formam, quam in ipsam Imperatoris personam. Et hoc tamen nō altius repetita consuetudine, quam a Clémente sexto: qui in viuis fuit post leculum decimum tertium: ut scias recentissimam esse tyrannidem.

VI. Neque id satis. Nam cogitur Imperator Papæ ad cœnam cuncti a quā fundere lauandis manibus. In Sacris Ceremoniis, titul. 3. libr. i. describitur solenne coniunctum Papæ, in eoquē mysterium ablutionis manū. Iubetur laicorum nobilissimus, Rex, Imperator, aquam adferre, atque fundere: & dum lauatur, omnes laici genu flectere, clerci autem stare capite aperto. Prætere Imperator, siue Rex primum fæculum debet inferre mensa, idque ipse sumere de manib. cuiusdam ministri, extra vestibulum aula, in qua sit conuiuum: quod si absente Imperatore, aut rege, minor aliquis fungatur eo munere, ipse petere debet ē culina. Sed de potu ita legas apud Theodosium à Niem lib. i. c. 7. Cū Otto Imperator sumptu prædiō cum Vībano Papa, ut mōris est, ei quādam die potum præberet in collatione, in presentia quorundam Cardinalium, & aliorum magnæ autoritatis virorum, dñus Urbanus, ex fastu sceptum de manib. tanti principis stantis coram eo diu genitus flexis recipere tardauit, donec ad eum quidam ex iisdem Cardinalib. diceret hæc verba, Peccat sancte, tempus est ut bibatis. Nec fecellit in eo illud protū, Aſperius nihil est misero dum surgit in alium.

VII. Neque is tamē vltimus deiectionis gradus. In processione cum eo Papa peruenit, vbi in equum alcensurus est. Imperator traditis sceptro & pomo (ea insignia sunt eius dignitatis) præuenit ad equum Pontificis, & in honorem Servatoris nostri Iesu Christi, cuius vices Pontifex in terra gerit, tenet Stapham, quoad Pontifex equum ascendorit: & deinde accepto equi freno per aliquos passus ducit equum Pontificis. Sic apud Robertum de Monte ad annum millesimum cesarēsum sexagesimum tertium, Ludouicū Rex Francorū, & Henricus Rex Anglorum super Ligerim apud Tœiacum conuenientes, Alexandrum Papam Romanum honore congruo suscepserunt, & vbi officio fratoris pedes dextera lœuaq; frenum equi ipsius tenentes, eum vñque ad præparatum papilionēm perduxerunt. Et apud Iouium lib. 27. Conſendit enim quoniam Pontifici Cesari ad leuam pedes adstitit, vi benigne auratam staffam saecrata pedi protinus induxit. Et quidem miram, nec vñitatem modestiam obserues licet. Pium, inquit, Cesari obsequium Pon: ifscis humanitas, religiosa que modestia superavit. At non sic olim Adrianus, cui in castra venienti, Fredericus primus concitus occurrit, & ab iumento descendenti, strepam fertur tenuisse sellæ, ac eprumq; reuerenter per manum in sua tentoria perduxisse: quomq; per Episcopum Bambergensem honestam orationem habuisset, tum Papa, Audinius, frater Episcope, quæ loqueris, speciosa quidem dicta, sed non opere exhibita. Frinolum potest videri quod dicimus: & tamen in minimo commissa negligenter facit argumentum de maximis. Ab iumento descendenti nobis, strepam tenuit sella finistram: nescimus ad irrisiōnem, an aliosrum quum dextera fuisset obsequenti contrectanda. Paulo tamen aliter historia recitat à Baronio, ad annum millesimum centesimum quinquagessimum quintum. Non fuisse Imperatorem admissum ad osculum pacis, donec stratos officio functus fuerit.

VIII. Repetamus summam. Papa est major Imperatore. Ergo Imperatoris nomen non præponendum nomini Papæ. Imperatores, Reges, sunt Pa-

pæ Vasalli. Idem Papæ debent adorare flexo genu in tertam vñq; debent eius pedes osculo venerati Debent ei poculū porrigit, & quidem de geniculis: debent aquam fūlere lauandis manib. debent ferre, & debent freno equum dūctare: debent deniq; deficende tūta statim tenere. Et nō est hæc Imperii cōculatio? Et non est immanis similitudinē tyrannidis occupatio? Proh Dei, atque hominū fidem tantum he ausum vñum fæcere. Et ausum non in quenq; ē vulgo, sed in eum, quem Optatus olim negabat habere supra se quenq; nisi Deum.

IX. Hem! quam mutatus ab illo qui fuerat! Nam illum sc̄e oportet hospitem esse in historiæ Ecclesiastica qui nesciat Episcopum Romanum olim subditum Imperatoris maiestati. Itaq; Taboetus Ephemeridum parte 2. Otingentis anni fūi sub mancipo Cesarum Christianorum, & quib. Pontifex petebat inaugurationem, atq; confirmationem: quanvis a clero & populo legitimis fūisset comitū electus. Krantzus Saxonia lib. i. c. 34. Inuitat in hī, quib. se inuidem obsequiū extulerunt Domini Francia, & summus Pontifex. Nam Franci detulerunt Pontifici arbitrium declarandi regis: quasi is fūi per quem reges regnant; qui pridem in urbe consistere vix potuit, quoniam in arbitrio Constantinopolitano rum Imperatorum aut captus, aut relegatus abiit.

X. Et sane consentiunt Historiæ in confirmatione Pontificium electoru: eiusque initium Onufrius, ad Platina Pelagiū secundum, repetit ab Episcopatu Vigiliū in quo tamē nihil eiusmodi Baronius obseruavit, neque aliis, quem quidem viderim. Nihilominus Pelagiū secundum omnes obseruant promotum absque iuſſione principis, proper vrbis obſidionem, missile Gregorium ad Imperatorem, ut se purgaret, Nihalū. (inquit Platina) a clero in eligendo Pontifice actum erat, nisi eius electionem Imperator approbasset. Nec aliter ipse Gregorius eius successor. Erin Seuerino Platina, Ab Iacobio totius Italia Exarchio in Pontificatu confirmatus. Vana tunc enim habebatur clerici ac populi electio, nisi id Imperatores, aut eorum Exarchi confirmassent. Vrſtisj Contractus anno 678. in Agathone, Hic Papa apud Imperatorem efficit, ut quantitas reuelaretur, quæ pro ordinatione Pontificis solita erat dari: Ita tamē, ut decretum generale de electione Papa prius ad Imperatorem mittetur, quam ille consecraretur. At Platina in Benedicto secundo obseruat hunc confirmandi morem penitus sublatum ab Imperatore: Ad hunc (inquit) Constantinus Imperator, homini sanctitate permotus, sanctionem misit, ut deinceps, quem clerus populu, exercitusq; Romanus in Pontificem delegisset, eundem statim verū Christi vicarium esse omnes crederent, nulla aut Constantinopolitanis principis, aut Italia Exarchi, ex speclata autoritate, ut ante fieri consueverat.

XI. Et tamen inuenitur eiusdem confirmationis vñs in Imperatorib. Germanis. Krantzus Metropolis lib. 2. c. 29 Nec mireris, Lector, ab Imperatore reconfitatum Episcopum. Ferebant hoc illa tempora, quando etiam summorum Pontificium constitutorum, destitutorumq; habebant arbitrium: quod temporum necessitas ferebat. Et Vrſpurgensis anno 827. Gregorius, presbyter tituli sancti Marci, Papa ventissimus primus electus est: Sed ante non est ordinatus, quæ Imperatoris legatus Romanum ueniers, electionem populi, qualis esset, examinavit.

XII. Quid? quod fidelitatis sacramentum Imperatorib. Papæ præstirent? Vignarius in Epitome historiæ Ecclesiastica anno 896. Imperator Arnulphus, secundo in Italiam uenit, coronam Imperiale de manib. Formosi Papæ accepturus, & fidelitatis sacramentum: tum à Romanis, tum à Papa, qui, restè Sagonio, id præstet hæc forma, Tefor Detim, & omnes Sanctos & per diuinam mysteria iuio, mē per omnem vitam fore fidelem, & obsequientem Imperatori Arnulpho, neq; vlo modo fauitorum Lambertò, eiusmū matri, imo totis viribus obstatūrum, ne quid habeant autoritatis in urbe.

FINIS LIBRI DECIMI SEXTI.

## LIBER DECIMVS SEPTIMVS. DE ANTICHRISTO.

### Caput Primum.

*AN ANTICHRISTVS SIT INDIVIDVVS.*

**S**vam de Antichristo disputationem Bellarminus partitur in nouem capita. De nomine: De uno homine: De tempore aduentus, & mortis: De nomine proprio: De gente: De sede: De doctrina, & moribus: De miraculis: De regno & præliis. Nobis primum caput leuiculū videtur, de originatione r̄ Arnei: videlicet, utrum dicatur, quomodo significatio, & significatione contraria, an vero quomodo Antiquam, significacione Vicarij. Eſti a non bene Bellarminus, de voce cuius grammaticatur: tamen cōcedimus Antichristum ea notione dici, qua significatur, oītūtūdōposis, qui Christo opponitur. Viderit Musculus, viderit Magdeburgenses, si quid aliter sunt opinati: Nos priuatas omnes sententias præstare nec debemus, nec possumus.

II. Secundum caput, est de uno homine. Status est: Utrum Antichristus sit unus homo singularis, hoc est, Sylvestro Vallensi interprete, unus non sicut Phoenix, sed sicut Sol, & Christus. Nam si est, conclusio in promptu:

Tom. II.

non esse igitur Romanum Pontificem, quum hic non sit unicus, & indiuinus homo, sed hominum series sibi continue succedentiam. Ergo affirman Papistæ. At negant Catholici. Illic sic disputant.

III. Primum argumentum, ex quinto Ioannis, Ego ueni in nomine Patris mei, & non receperis me si alius venerit, in nomine suo, illum recipietis. Hic contendunt Christum loqui de Antichristo, & quidem unico: Primo ab autoritatibus Veterum, Chrysostomi, & Cyrilli, in eum locum: Ambrosij in secundū posterioris ad Thessalonicensis: Hieronymi ad Aglaiam, quæstione vñdecima: Augustini tractatu vigesimo nono in Ioannem: Irenæi libro quinto: Theodoreti in epitome diuinorum decretorum, capite de Antichristo. Secundo, quia Dominus opponit sibi alium hominem, hoc est, personæ personam: non regnum regno: neque felicem felicem patet ex illis vocibus, Ego, alius, in nomine meo, in nomine suo, me, illum. Sicut ergo Christus unus, & singularis homo fuit: ita & Antichristus, unus & singularis homo erit. Tertio, Christus dicit, Antichristum à Iudeis pro Messia recipiendum. Constat autem Iudeos unum certum & singularem hominem exspectare. Quarto omnes falsi Prophetæ venerunt in nomine eius, non in nomine suo. Hieremias decimo quarto. Falso Prophetæ uaticinatur in nomine meo: non misi eos. At hic Dominus loquitur de uno quodam, qui ueniet in nomine suo, id est, quinon agnoscer Deum aliquem, sed ex-

h h H tollet